

www.e-rara.ch

**De Fideicommissis Familiarvm Nobilivm, Sive, De Bonis Quæ Pro
Familiarum Nobilium Conservazione Constituuntur**

Knipschildt, Philipp

Ulmæ, 1654

Zentralbibliothek Zürich

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-59422>

Caput VII.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Bald. in c. fin. num. 5. vers. alius modus. X. de elect. Vultei. d. consil. 34. num. 54. Plura huc facientia vide infra cap. 11. num. 358. & multis seqq.

Quin autem hoc casu creditor contra debitorem pecuniam mutuo accipientem, ejusque hæredes personalem actionem intentare, & pecuniam creditam ab ipsis repetere possit, non videtur habere dubium.

CAPUT VII.

De fine fideicommissorum familiarum

Nobilium.

Summaria.

1. Finis fideicommissorum familiarum Nobilium est memoria, agnationis & familia, ac in ea bonorum conservatio.
2. Lugubre & triste paternas & avitas domos ad extraneas transire videre familias.
3. Naboth parentum hereditatem vendere noluit.
4. Reipublica interest, ut familiarum dignitas conservetur.
5. Nobiles familia Reipubl. seminaria sunt, & veluti rudimenta.
6. Familiarum dignitas sine opibus non conservatur.
7. Nobilitas paupertate non amittitur.
8. Paupertas non est de genere malorum.
9. Nihil absurdius, quam dignitatem quaestu, & Nobilitatem opibus metiri.
10. Maximorum virorum paupertas refertur.
11. Ad splendorem Nobilitatis plurimum faciunt divitiæ.
12. Divitiæ augent decus Nobilitatis, & conservant.
13. Nobilitas sine divitiis penè mortua, manca & ludibrio est.
14. Familia sine divitiis sordescunt.
15. Et se habent tanquam fides sine operibus.
16. Eo quis nobilior quanto ditior.
17. Et quanto potentioribus præest.
18. Non est regia dignitas imperium exercere in mendicos.

19. Imper. Maximiliani dictum se in Germaniâ esse Regem Regum.
20. Pecunia nervus rerum agendarum.
21. Vulgus Nobilitatem vetustis divitiis aestimat.
22. Divites praeseruntur pauperibus in magistratibus.
23. Quod declaratur exemplis Romanorum.
24. Atheniensium.
25. Carthaginensium.
26. Genuensium.
27. Reipubl. interest, per ditiores & digniores regi.
28. Divitia auctoritatem & potentiam conciliant.
29. Sapientia pauperis contempta est, & pecunia omnia obediunt.
30. Emblema adolescentis industrii.
31. Quod Doctor sine lege, pastor sine grege, &c. id Nobiles sine divitiis.
32. Nullus ordo sine divitiis conservatur.
33. Ecclesiastica dignitas ob paupertatem vilescit.
34. Paupertas ad scelera proclivis est.
35. Praestat divitem esse, quam Nobilem mendicum.
36. Paupertate subditorum domini vilescit auctoritas.
37. Nobiles majores sumptus, quam plebei ferre tenentur.
38. Nobilium exequia majore pompâ, & majoribus sumptibus celebranda.
39. Nobili injuria fit, si modico sumptu sepeliatur.
40. In funeribus Nobilium majorum imagines & equi deferri solent.
41. Vestitus Nobilium major & pretiosior esse solet, quam plebeorum.
42. Nobilibus majora alimenta debentur.
43. Nec tenentur comedere allium, & panem atrum.
44. Propter viri Nobilitatem major dos constituenda.
45. Majoribus beneficiis & praebendis sunt honorandi.
46. Vilium artium exercitia Nobiles faciunt contemptos.
47. Nobilitas per vilium artium exercitia amittitur.
48. Mercatura Nobilibus interdicta.

49. *Mercatura Nobilitas amittitur.*
50. *Thebanorum lege mercatores ad Reipubl. honores non admittebantur.*
51. *Sicuti nec apud Germanos ad torneamenta.*
52. *Vxores maritorum radiis coruscant.*
53. *Clarior & illustrior Nobilitas, si ex parte matris ea quoq; concurrat.*
54. *Romæ patriciis cum plebeis connubium non erat.*
55. *Et apud Romanos nuptiæ inter impares illegitimæ sunt habitæ.*
56. *Olim apud Francos Nobilis fœminam ignobilem ducens pro ignobili fuit habitus.*
57. *In Ecclesiis plerisq; Cathedralibus non recipiuntur, nisi ex utroq; latere Nobiles.*
58. *Propter familiarum conservationem multa contra jus recepta sunt.*
59. *Iuris primogenitura & majoratus finis est, ut familiarum dignitas & memoria conservetur.*
60. *Confraternitates idè introductæ, ut territoria & provinciæ apud familias illustres remaneant.*
61. *Renunciationis fœminarum finis est, bonorum in familiam conservatio, & ut familia illustrior fiat.*
62. *Collegia Cathedralia idè instituta, ut familie Nobiles numerosa prole abundantes, receptum habeant.*
63. *Monasteria Nobilium sunt hospitalia.*
64. *Olim Principes aliquando sorti, vel virginis arbitrio matrimonium & successionem permiserunt.*
65. *In Comitibus Augustanis ac Ratisbonensibus Comites & Barones Augustana confessioni addicti petierunt, ut ipsis quoq; ad Canonicalia beneficia aditus pateat.*
66. *Parentes filios suos in monasteria detrudentes reprehenduntur.*
67. *Vtile Imperio Romano foret, si utriusq; Religionis Comites, Barones & Nobiles Ecclesiasticorum beneficiorum participes redderentur,*

rentur, hac conditione, ut sacram contra Christiani nominis hostes militiam obire tenerentur.

68. Idem foret, si alii ordines Equestris in Germania instituerentur.

69. Feudi alienatio ideò prohibita, ne vasalli feudis exuti Dominis servitia prestare minus idonei fiant.

70. Ne quoq; bona allodialia alienentur, sed apud masculos permanent, potentioribus à nonnullis in feudum concessa fuerunt.

71. Decurionibus olim interdicta fuit bonorum alienatio sine decreto.

72. Lege divinà perpetua pradiorum alienatio prohibita fuit, & fœmina, masculis extantibus, à successione fuerunt exclusæ.

73. Ut bona in familia permaneant, jus retractus inductum est.

74. Quod legibus Mosaicis receptum.

75. Nec olim jure divino de tribu in tribum alienatio permissa erat.

76. Validum est pactum, ut bona paterna ad masculos perveniant, & filiabus pecunia detur.

77. Et bona feudalia ita dividere licet inter fratres, ut unus prædia, alter pecuniam accipiat.

78. Pactum in matrimonii contractu valet, ut masculi, fœminis exclusis, succedant.

79. Ratio unica familie conservationis intuitu comprehendit omnes casus, etiam non expressos.

80. Pro familie conservatione Monacho ad tempus matrimonium permittitur.

81. Fideicommissa regulariter sunt odiosa, & strictè interpretanda.

82. Alienationis prohibitio odiosa.

83. Statutum fœminas excludens odiosum censetur.

84. Omnis recessus à jure communi odiosus, & stricti jura.

85. Fideicommissa familiarum sunt favorabilia.

86. Quæ publicum favorem spectant, favorabilia sunt.

87. Quamvis aliàs in dubio judicandum sit, fideicommissum non ex-rare, secus tamen est in fideicommissis familiarum.

88. Statuta fœminas pro conservatione agnationis & familie exclu-

- dentia sunt favorabilia, & latè interpretanda.
89. Dispositio quæ principaliter favorem concernit, favorabilis esse censetur, etiamsi incidenter in alterius odium convertatur.
90. Principalis intentio attenditur, & à potiori sit denominatio.
91. Pacta, quibus bona penes masculos permanere constituitur, favorabilia sunt.
92. Quatenus fideicommissum sit onus.
93. Nemo plus gravari potest, quam ex testamento accepit.
94. Quatenus fideicommissa strictè interpretanda.
95. Fideicommissa à legibus recepta & comprobata.
96. Alienationis prohibitio pro conservatione familiae facta non est odiosa.
97. Dispositio ad jus antiquum & mediam Iurisprudentiam ducens, non est odiosa, sed favorabilis.
98. Fideicommissa familiarum latè sunt interpretanda.
99. Odia sunt restringenda, & favores ampliandi.
100. Statuta & pacta feminas excludentia, ut bona in familia conserventur, ex identitate rationis extenduntur.
101. Etiam si ratio non sit expressa, sed ex mente & conjecturis colligatur.
102. Ratio potius & mens, quam verba inspicienda.
103. Etiam alias in fideicommissis extensio non fiat de casu ad casum.
104. Secus tamen est in fideicommissis pro familiae conservatione constitutis.
105. Ex veri simili constituentis voluntate, & quando eadem militat ratio, extensio fieri solet de casu ad casum.
106. Licet quoque extensio non fiat de personâ ad personam.
107. Etiam si eadem militet ratio.
108. Secus tamen est, quando ratio agnationis & familiae conservandae expressa est.
109. Vel quando alienationis prohibitio est realis.
110. Ex præsumptâ disponentis voluntate & ratione extensio de personâ ad personam fieri solet.
111. Quam

111. Quamvis fideicommissi constitutio ad personas certas directae eas non egradiatur, secus tamen est in fideicommissis familiarum.
112. Alienationis prohibitioni ad certas personas relata, si ratio conservandi rem in familiâ adjiciatur, non est personalis, sed perpetua & personas egreditur.
113. Ex legitimis conjecturis extensio fit de personâ ad personam.
114. Et quamvis fideicommissum in junctum primis heredibus, in sequentibus non censeatur repetitum, hoc tamen non procedit in fideicommissis familiarum.
115. Alienationis prohibitio filii facta, ad nepotes non videtur extendenda.
116. Filiis fideicommissis gravatis, nepotes non censentur gravati.
117. Nepotes filiorum nomine non continentur.
118. Quando filii prohibiti sunt alienare extra familiam, vel quod bona permanere debeant in familiâ pro ejusdem conservatione, filiorum nomine etiam nepotes, & alii descendentes veniunt.
119. In fideicommissis, quae relicta sunt filiis, etiam nepotes veniunt, quando eadem ratio in nepotibus, quae in filiis.
120. In materiâ favorabili filiorum nomine etiam veniunt nepotes.
121. In dispositione per verba successivum tractum habentia factâ, non sufficit momentaneum supplementum.
122. In statuto favorabili feminas per masculos excludente, filiorum nomine etiam nepotes veniunt.
123. Licet proprie filii sint liberi primi gradus, ex identitate tamen rationis, vel loquentis voluntate per interpretationem etiam filiorum nomine veniunt nepotes & alii descendentes.
124. Et sic etiam pronepotes.
125. In dispositione hominis, quae de descendentes agit, filiorum nomine etiam veniunt nepotes.

126. *Maximè si ab intestato essent successuri, & aliàs extranei admitterentur.*
127. *Idem in dispositione legis obtinet.*
128. *Et hæc tum maximè procedunt, quando conjectura aliqua capi potest, testatorem de nepotibus quoque sensisse.*
129. *Vel quando absurdum indè sequeretur.*
130. *Filiorum nomine non veniunt nepotes, quando id disponentis mentem fuisse constat.*
131. *Alienationis prohibitio hereditacta, ad hæredis quoque hæredem facta intelligitur.*
132. *Hæredis nomine hæredis quoque hæres & alii successores veniunt.*
133. *Maximè si alienationis prohibitio pro familia & agnationis conservatione facta.*
134. *Alienationis prohibitio de unâ re facta, non extenditur ad alia bona, nisi prohibitionis ratio alia quoque bona comprehendat.*
135. *Fideicommissorum favor ita interpretari debet, ne aliis iniquitas inferatur.*
136. *Prohibitus alienare inter vivos, non censetur prohibitus alienare per ultimam voluntatem.*
137. *Verbum alienare, etiam comprehendit ultimam voluntatem.*
138. *Et vice versa, prohibitus alienare in ultimâ voluntate, non censetur prohibitus alienare inter vivos.*
139. *Nisi ratio addita, quod bona in familiâ permanere debeant.*
140. *Venditione prohibita, etiam alia alienationis species prohibita censetur.*
141. *Secus verò est, quoad alienationem per testamentum.*



Inis fideicommissorum familiarum Nobilium est, memo-
 riarum, agnationis & familiarum, in eaque bonorum perpetua
 conservatio. Siquidem non tantum lugubre, triste & de-
 plorandum est, videre paternas & avitas domos, in quibus
 pater defecit, minor crevit, prædia in extraneas manus &
 familiam pervenire, *l. in fundo. 38. ff. de rei vind. l. si in em-
 ptionem. 35. ff. de minorib. l. lex. qua 22. vers. nec vero C. de ad-
 ministrat. tut. Gail. 2. observat. 19. in princ. supra cap. 6. num. 49. & num. 336. &
 infra cap. 8. num. 183.* Ex quo etiam Naboth vineam veluti parentum hæredi-
 tatem avitam Regi Achabo vendere noluit, *3. Regum. 21. vers. 2. & seq.* sed
 etiam Reipubl. interest, ut familiarum dignitas conservetur & salva sit, *l. 1.
 §. sed etsi. 13. ff. de insp. vent. Rol. à Valle. conf. 58. num. 81. seq. vol. 1. Paris. conf.
 26. n. 12. seq. Tib. Decian. conf. 9. num. 4. vol. 3. Brun. de stat. fem. exclud. art. 3.
 col. 2. G. il. 2. obs. 127. num. 8. Mynsing. dec. 8. resp. 79. num. 32. Vultej. 4. Mar-
 purg. conf. 30. num. 119.* ubi Reipubl. interesse scribit, ut familiarum Nobiles, (qui-
 bus tanquam columnis Respublica magna ex parte nititur,) & earum honor,
 ordo, dignitas & opulentiæ conservetur, & quæ columnis Reipubl. ad tenui-
 tatem redactis, totum ædificium lædatur, aut collabatur, *Brun. d. l. Fichard.
 conf. 3. num. 9. Decian. conf. 46. num. 108. vol. 2. Natta. de stat. fem. exclud. nu-
 mer. 13. vers. secundo hoc confirmo.* Putarunt sanè prudentes antiqui è Republic.
 esse conservari familiarum splendorem posteris, ut benè gestorum memoria
 majorum cum nomine & bonis in perpetuum superstes ad imitationem vir-
 tutis & actionum impelleret, inquit Petr. Gregor. Tholos. *in synt. agm. lib. 45.
 cap. 13. num. 4.* Sunt enim familiarum Nobiles Rerum publ. seminaria & veluti
 rudimenta *Bodin. de republic. cap. 2. in princ. fol. 12. Schönborn. libr. 1. polit.
 cap. 10. vers. corpus illud.* ac firmamentum munimentumque regalis potentiae
 ex illustri Nobilium familiarum dignitate reputandum, scribit Annæ Robert.
lib. 2. rev. judicat. 4. familiarumque splendor & dignitas est fulcrum & su-
 stentaculum Reipubl. *arg. Aur. Bull. tit. 3. verb. quorum præsidio dextera imperia-
 lis roboratur.* Et sic familiarum conservationem in Reipubl. quoque splen-
 dorem, commodum & utilitatem vergere dicit Valentin. Forster. *de suc-
 cession. lib. 3. cap. 13. num. 7.* cum omnis civitas ex familiis constet, ut scribit
 Aristot. *lib. 1. polit.* Unde qui amplificandis & augendis illustrium & Nobilium
 familiarum studet, publicæ utilitati principaliter prospicere dicitur, *d. l. §.
 publica. ff. de ventr. in spic. Perusin. conf. 68. n. 4. Corne. conf. 335. n. 18. vol. 1. Muscul.
 de success. convent. n. 152.*

At verò Nobilium familiarum splendorem sine opibus ac divitiis conservari
 & pro-

- & propagari non posse, præter ipsam experientiam, communis Dd. schola tradit, Corn. conf. 90. in fin. lib. 3. Tiraquel. de nobilit. cap. 25. per tot. Schurff conf. 27. num. 16. cent. 2. & cent. 3. conf. 72. num. 4. Welembec. conf. 50. num. 15. & conf. 51. num. 27. Quamvis enim divitiæ solæ non faciant Nobilem, per ea, quæ dixi in tract. de Ord. Equest. jurib. ac privileg. lib. 1. cap. 5. neque etiam paupertate Nobilitas amittatur, ut probavi *ibid.* cap. 14. cum postit quis esse pauper, dignitate tamen & famâ domus integrâ manente l. ut tantum. 14. §. 1. ff. de serv. corrupt. l. 2. §. post hunc. 47. vers. ego Sabino. ff. de orig. ur. Gylman. decis. 8. Cameral. 9. num. 17. lib. 1. & nemo sapiens paupertatem & ignobilitatem mala dixerit, N. nurch ist f. in Schande oder Dijnhy 1 c. illa cavenda. 6. caus. 15. quæst. 1. Pruckman. conf. 6. num. 274. vol. 2. Welembec. conf. 18. num. 27. Myling. respons. 2. num. 27. Gail. 2. obs. 95. num. 20. nihilque absurdius aut perniciosius, quam dignitatem quæstu, ordinem pecuniis, Nobilitatem opibus metiri, exclamat Bodin. de r. public. lib. 3. cap. 8.

*Nimirum stulta hæc sententia, si sit ab auro
Nobilitas, certè de terra nascitur aurum,
De fraude, & furto, de sænore: Nobilitas, ô
Iudicium vulgi insanum; ô sine pectore turba!
Nobilitare hominem non ulla pecunia, nullæ
Divitiæ possunt: pretio nam dignior omni est
Nobilitas: hæc non emitur, nec venditur auro.*

Quod vulgi delirium etiam alius Poeta ita eludit:

*Nobilitas: veluti vulgus putat infcius, aut est
Copia nummorum & collectio divitiarum.
Iudicium tamen hoc vulgi mendaciter errat,
Ut plerumque solet. Si Nobilis ille putari
Debet, quicumque est dives: Sic Nobilis esse
Cerdo potest, lanius, tonsor, piscator, equiso,
Pastorque & pistor, coriarius atque bubulcus,
Et latro, & leno, & quisvis de gente lutosâ,
Namque ex his multi rebus, nummisque potentes
Et sunt, & fieri possunt, &c.*

- ¹⁰ Mibi inquit Imperator Julianus in orat. admittit. apud Ammian. Marcell. in lib. 24. nec facultates, nec propinquitas generis suppetit, quamvis ortu sim Nobilis, præter pectus omni liberum metu: Nec pudebit Imperatorem cuncta bona inanimi cultu ponentem, profiteri paupertatem honestam, Nam & Fabricii, familiari re pauperes rexere bella gravissima, gloria lo-

riâ locupletes, &c. Epaminondas Thebanorum Duxerat, quem tamen a deo pauperem fuisse accepimus, ut ne vestem quidem mutatoriam haberet, ideoque domi manere cogereetur, si quando pallium sartori reficiendum dedisset, Clem. Timpler. *lib. 2. polit. cap. 2. quæst. 12.* Valerius Poplicola, qui Tarquinio ejecto consulatus initium cum Junio Bruto fecit, terque consul fuit, patrimonio ne quidem ad exequiarum impensam sufficiente decessit, & publicâ pecuniâ deductus fuit, Valer. Maxim. *lib. 4. cap. 4.* Idem Agrippæ Menenio contigit, quem licet Senatus & plebs pacis inter se faciendæ auctorem legisset, ira tamen inops decessit, ut nisi à populo collatis in capita sextantibus funeratus esset, sepulturæ honore caruisset, Valer. Maxim. *d. l.* Sic nobilissima Aeliorum familia nullum scrupulum argenti habuit, antequam Paulus Persiæ Rege devicto Q. Aelio Tuberoni genero suo quinque pondo argenti ex præda donaret, Valer. Maxim. *d. l.* ita, ut uno tempore sexdecim Aelii essent, quibus una Domuncula erat, & unus fundus, minus multo cultores desiderans, quam dominos habebat, idem Valerius Maxim. *ibid.* Lentulo gloriæ fuit benè tolerata paupertas, deinde magnæ opes innocenter partæ & modestè habitæ, inquit Tacitus *lib. 4. annal.*

Verum tamen quin ad splendorem Nobilitatis plurimum faciant opes & divitiæ, ipsa experientia testatum facit, & Nobilitatem divitiis demum verè magnificans reddi, ac instar solis radiorum generosas animi vires exerere, commune Dd. suffragium habet Matthæ. de Afflict. *in c. un. quis dic. Dux. col. 8.* Bart. *in l. 1. C. de dignitat.* Tiraquel. *de nobilitat. cap. 3. num. 2.* Guid. Pap. *decis. 437. & 476.* Chassan. *in consuet. Burgund. tit. 7. §. 12. in princ.* Rolbag. *in certam. mascul. femin. acie viril. cap. 28. num. 57.* & quod magno sint ornamento & adjumento in dignitate constitutis, nemo dubitat, per l. *si res. 50. ff. de admin. tut. l. 1. ff. de custod. reor. l. rescripto 6. in princ. ff. de muner. & honor. l. ad subeunda. 46. C. de decurion. l. 2. in fin. C. de præd. decur. Novel. 15. in princ.* Bart. *in l. 1. col. 3. vers. 3. & ibi Joan. de Plat. C. de dignitat.* augent enim decus Nobilitatis & conservant l. *quisquis. 5. C. ad l. Iul. majest. l. 6. C. de suspect. tut. Num. 36. vers. 6. & 7.* Natta. *conf. 675. num. 11. tom. 4.* Surd. *conf. 488. num. 52. lib. 4.* Sallit. *in l. furiosi. C. de nupt. Angel. in l. si quis uxori. §. cum Titio. ff. defurt. Ripa in c. ad aures. X. de rescript. præsertim si magnæ & inveteratæ sint Cravet. *conf. 982. num. 37. tom. 6.* Guid. Pap. *conf. 217. num. 1. Decian. conf. 66. num. 41. vol. 3.* Et sicut fides sine operibus, sic quoque Nobilitas sine divitiis penè mortua, Chassan. *in catal. glor. mund. part. 8. confid. 22.* Nevizan. *in silv. nupt. lib. 4. n. 111. seq.* Bonus de Curtil. *de nobilitat. part. 7. num. 3. & 4.* mauca & ludibrio est, per*

- 242
 l. nobiles. C. de comerc. Tiraquel. de nobilit. cap. 25. num. 9. & de jur. primog.
 quæst. 4. ita, ut egestate sordentibus vita sit supplicium, mors verò solatium,
 14 post Roman. conf. 411. in princ. Tusch. lit. 5. conclus. 636. num. 40. & familiae sine
 iisdem sordescere censeantur, l. 3. in princ. ff. de testib. l. 1. ff. de custod. reor. l. quis-
 quis. 5. C. ad L. Jul. majest. l. pietatis 6. C. de Suspect. tutor. Michael. ab Aguir. de
 success. regn. Portugal. part. 3. num. 64. Decian. respons. 7. num. 65. vol. 5. Burlar.
 15 conf. 35. num. 5. & se habeant tanquam fides sine operibus Riminald. conf. 672.
 num. 60. lib. 6. Tiraquel. de nobilitat. cap. 25. num. 9. Pruckman. conf. 22. num. 143.
 vol. 1. ita, ut de Nobilitate disputans sine pecuniâ, de nobili stercore disputa-
 16 re dicatur, Hostiens. in c. tua. X. de consang. & affin. unde etiam, cæteris pa-
 ribus, eo quis nobilior censetur, quanto ditior est, Cephal. conf. 615. n. 137.
 lib. 5. Cœpoll. de Imper. milit. relig. cap. 6. num. 1. & seq. & quo nobilius habet
 17 subiectum, Simon. Pistor. conf. 18. num. 7. vol. 1. Capyc. decis. 27. num. 23. tantoque
 illustriores & potentiores domini reputantur, quanto potentioribus & illu-
 strioribus præstant, Novel. 15. in princ. c. intellecto. X. de iurejur. Ant. Sola ad procem.
 consil. Duc. Sabaud. & Princip. Nedemon. in gloss. 1. num. 9. Gail. obs. 2. numer. 1.
 Knichen. de Sax. non prov. jur. verb. Ducum. cap. 1. n. 26. & de ur. scrip. cap. 1. n. 1.
 18 seq. & paupertas statui Principis non est conveniens, Warem. ab Erenb. de
 19 fœder. cap. 2. num. 133. nec Regiæ dignitatis est, imperium exercere in mendic-
 cos, sed opulentos potius & fœlices, Thom. Morus. in Utop. lib. 1. fol. 103. Ex
 quo Imp. Maximilianus I. & Carolus V. ad ostentandam præminentiam,
 præ cæteris Regibus, gloriati sunt, se in Germania esse Reges Regum, in a-
 liis verò regnis mancipiis & servis imperare, & sic Regem Hispaniarum ho-
 minum, & Gallia Regem asinorum esse. Calp. Ens. in thesaur. polit. part. 3.
 apote. C. 63. Dn. affinis Joach. Cluten. syllog. rer. quotid. concl. 26. lit. a. Ziegler.
 S. Landsassii concl. 1. num. 108. Et aliàs quoque pecuniæ vis Reipublic. stabilit
 Novell. Leon. 52. in princ. in quâ veteres robur omne patrimonii posuerunt, l.
 20 lex. 22. vers. huic accedit. C. de administr. tut. adeo, quod non tantum nervus te-
 rum gerendarum, sed & nauta in hoc mundo sit, Warem. ab Erenberg. me-
 dit. profœder. 1. cap. 1. n. 66. & cap. 2. num. 132. Lather. de consil. lib. 1. cap. 2. n. 4. seqq.
 Unde vulgus Nobilitatem vetustis ferme divitiis æstimat, Paul. Bus. de republ.
 lib. 1. cap. 8. Tanta est miseria hujus temporis, ut nullus habeatur magis No-
 bilis, quam qui est plurimum dives, suo tempore conquefitus est Salyian. Mas-
 fil. de gubernat. Dei lib. 3. fol. 95.

--- fac sim!

Fortunatus, ero locuples. ero primus in urbe.
 Audiat, assurgent omnes me. vertice nudo.

Vulgus

*Vulgus adorabit me, plebs me consulat, omnis
Turba magistratus, etiam populusque patresque.*

Et Horat. *Saty. 3. lib. 2. inquit*

----- *Omnis enim res,
Virtus fama, decus, divina, humanaque pulchris
Divitiis parent, quas qui construxerit, ille
Clarus erit, fortis, iustus, sapiens etiam Rex.
Et quicquid volet, hoc veluti virtute paratum.
Sperabit magna laudifore, &c.*

nec non Ovid.

*Iuppiter admonitus nihil esse potentius auro.
In precio precium nunc est, dat census honores,
Census amicitias, pauper ubique jacet.*

Palingen.

*Tantum habet Imperii, tantaque pecunia viros,
Ut sibi nil obstare diu patiat, ab alto
Deducit montes & valles tollit in altum.*

Opus sunt opes, & sine iis nihil fiet, quod opus, ait Demosten. *Olynth. 1.*

Hinc quoque sicut in honoribus & magistratibus consequendis Nobiles 22
preferuntur ignobilibus, ita etiam divites pauperibus *Esaia. 3. vers. 7. l. rescrip-*
to in princ. ff. de muner. & honor. l. ad subeunda. & ibi Luc. de Penna, C. de de-
curion. Alber. in auth. praesides. C. de episc. aud. Tiraquel. d. nobil. cap. 3. num. 19.
seq. Apud Romanos nemo Ordini Equestri, qui Senatorii leminarium erat, 23
adsciscabatur, nisi cui millium quadringentorum nummorum census, nec
ad Decurionatum promovebatur, nisi centum millium esset, Alex. ab A-
lexand. lib. 1. genia. dier. cap. 16. Marc. Vertran. Maur. de jur. liberor. cap. 23.
fol. 148. &c.

Pisander de consilio Alcibiadis Democratiam Athenarum in Oligarchiam 24
commutare volens, in numerum eorum, quibus commissurus erat Rempub.
non allegit, nisi qui & pecuniis & corporibus publico statui prodesse possent,
Thucyd. lib. 8. Et Solon inter caetera popularibus suis consultum duxit, ut
quisque pro suarum facultatum modo, si adesset vitae innocentia, dignitatem
in Republ. assequi posset, nullam habitam plebei aut patricii ratione. *Wilhelm.*
Possard. de magistrat. Athen. cap. 1. fol. 436. Sicuti & Carthaginensium legi- 25
bus locupletissimi ad magistratus adsumebantur *Aristot. 3. polit. 9.*

Sic quoque divitiarum rationem, non tamen exclusam virtute, ob oculos 26

habuit Andreas Doria, qui in reformandâ Genuensium Republ. quam à Vicinorum Principum imperiis, suâ fortunâ liberaverat, viginti octo familias, tum ex Nobilitate, tum ex plebeis eorum civium, qui lex in urbe domos haberent, imperii participes fecit, ac plebeios earum familiarum latâ lege nobilitavit, *Marta de juridict. part. 1. cap. 33. num. 82. Bodin. de republic. lib. 2. cap. 6.* imitatus T. Flaminium Proconsulem, qui, regiâ licentiâ turbatam Thessaliam compositorus, à censu maxime Senatû & iudices legit, ut earum partem civitatum potioreni faceret, cui salva tranquillaque omnia magis esse expediebat *Livius lib. 34.* Unde Phormio Atheniensis vir bene moratus, sed malè nummatus, classis præfectus, imperium recusavit, pauperem se & obæratum, nec autoritatis satis apud milites, nec mentis ad cogitandam habiturum, *Pânfan. in Attic.*

- 27 Atque hæc non sine ratione, siquidem Respubl. interest, per ditiores & digniores regi honores, ff. de decurion. l. ad subeunda. C. eod. Novel. 15. in princ. Alb. Brun. de statut. femin. exclud. art. 3. num. 10. Paur. de Palat. in reper. §. cæterum. num. 136. 1. delegit. agn. success. Et hæc ratione magis Nobiles, quam plebeios ad officia politica & magistratus esse assumendos, pluribus demonstravi in tract. de Ord. Equestr. jur. & privil. lib. 2. cap. 2. divitiæ enim autoritatem, virtutem & potentiam facilius conciliant: melius enim divites, rerum experientiâ instrui possunt, quia, non ut pauperes, domi delitescunt, sed in luce vivunt, *Aristot. 2. polit. cap. 7.* juxta illud *Juvenalis:*

*Haut facile emergunt, quorum vitratibus obstat
Res angusta domi. Et illud Ovidii. 3. elegiar.
Curia pauperibus clausa est, dat census honores,
Inde gravis iudex, inde severus eques.*

- 29 Sapiencia pauperis contempta est, inquit *Ecclesiastes cap. 9. vers. 16.* pecuniarum obediunt omnia, *Ecclesiastes cap. 10. vers. 19.* Dives locutus est, & omnes tacuerunt, & verbum illius usque ad nubes perducunt. Pauper locutus est, & dicunt; quis est hic? & si offenderit, subvertent illam, ait *Ecclesiasticus cap. 13. vers. 28. & 29.* Et melius esse mori, quam indigere, putat idem *Ecclesiasticus cap. 40. vers. 29.*
- 30 Quod etiam emblemate adolescentis industrii, manu sinistra alata fursum ad cælum contendentis, sed gravi pondere dextræ appenso, terræ affixi, adumbravit *Alciat. emblemat. 120.* ubi sequentes adjicit versiculos.

*Dextra tenet lapidem, manus altera sustinet alas,
Vt me pluma levat, sic grave mergit onus:
Ingenio poteram superas volitare per arces,
Me nisi paupertas invida deprimeret.*

Hinc quod est Doctor sine lege, pastor sine grege, Comes sine Comitatu, Eques sine equo, Episcopus sine Episcopatu, Abbas titularis in ordine S. Benedicti, Canonicus sine præbendâ, Cardinales Ravennæ, Rex Schachorum, Imperator Græcorum, id Nobiles sunt sine opibus, hoc est, nullatenes, & Equites in herbâ, Jason. in l. id quod. numero 22. seq. ff. de legat. 1. Cavalcan. decis. 20. numero 26. part. 2. Knichen, de Saxon. non provoc. verb. Ducum cap. 3. monero 228. Decian. respons. 19. num. 118. vol. 3. Indeque nullus ordo, qui sine divitiis valeat, vel conservari possit, l. pietatis. 6. C. de suspect. tut. Novell. 90. cap. 1. ita, ut etiam Ecclesiastica dignitas ob paupertatem vilescat, Clem. in plevisq. ibi: & mendicitatis opprobrio serenitatem Pontificalis obnubilent dignitatis. X. de elect. & elect. potest. c. futuram. c. videntes. caus. 12. quest. 1. c. nemo. de consecrat. dist. 1. c. ad audientiam. X. de Eccles. adif. c. 1. de censib. c. expendit. caus. 12. quest. 1. Unde cum Servius Sulpitius Galba, & Aurelius in senatu contenderent, uter adversus Viriatum in Hispaniam mitteretur, & Scipionis Emilianî rogaretur sententia, neutrum mihi placet mitti dixit, quia alter nihil habet, alteri nihil satis est, Valer. Maxim. lib. 6. cap. 4. Est enim paupertas ad scelera & maleficia proclivis, juxta illud Silii lib. 13.

--- Sceleri proclivis egestas

Et Martialis ad Charid. ---

ô quantum cogit egestas.

Et Horat. lib. 3. Carm. ode 24.

Magnum pauperies opprobrium juber

Quidvis & facere & pati

Virtutisq. viam describit ardue.

Item Plaut. in Stich. act. 2. scen. famem esse.

Nil habet infelix paupertas durius in se,

Quam quod ridiculos homines faciat.

ac ut Horatius 2. serm. Satyr. 2. inquit:

Et genus & virtus nisi cum re vilior algâ est,

nec non Palingen.

Neu quam sæpe gemit rerum indiga virtus

Quam contempta jacet si sacra pecunia desit,

--- virtus sine sensu languet ubiq.

H h 3

ita, ut

35 ita, ut præster divitem rusticum esse, quam Nobilem esse mendicum, es sey bej
 ser ein reicher Bauer/als ein armer Edelmann zu seyn. Hip. col. Riminald. *cons.* 740.
num. 26. lib. 7. Tiraquel. *de nobilit.* cap. 32. num. 22. Duæ res sunt, quæ maximè ho-
 mines ad maleficium commovere possunt, inopia & avaritia, inquit Cicero.
 & inopiam cum rerum innovatione illiberalitatem & maleficia gignere, tra-
 dit Plato *de republ.* lib. 4. in princ.

36 Imò paupertate subditorum etiam magistratus & Dominorum autho-
 ritatem vilescere adserit Jacob. Orleshaul. *in illustr. respons. an samin. in success.*
regnor. exclud. acie viril. cap. 39. num. 30. ubi ait, parum tutam esse sine viribus
 subditorum majestatem Principis, quod sine eâ non dignam Principe, Prin-
 cipi reverentiam subditi præstent, quodque ea sit hominum stoliditas, ut sa-
 pientem solum divitem, pauperes verò omnes insipientes existiment, ut di-
 xit Horat. *epist.* 19. ad Vall.

Vos sapere, & solos ajo bene vivere, quorum

Conspicitur nitidu fundata pecunia villis.

37 Ratio autem, quod majora bona in Nobilibus & personis Illustribus,
 quam plebeis requirantur, est Primò, quod majores sumptus ipsi, quam ple-
 bei & ignobiles terre teneantur; cum ipsorum facta & ætus majori & sole-
 mniori pompâ & festivitate sint peragendi, *arg. l. fin. §. fin. autem. 6. & ibi Salicet.*
C. de cura. furios. l. 1. C. de tutor. & curat. illustr. Petr. Fricz. de nobilit. conclus. 23. lit.
 38f. Nolden. *de stat. nobil.* cap. 13. num. 50. ita enim Nobilium exequiæ funerales ma-
 joribus expensis & solemnibus sunt celebrandæ, & majori pompâ Nobiles,
 quam plebei sunt sepeliendi, *per l. si quis. 12. §. sumptus. 5. l. & si quis. 14. §. hæc actio.*
6. l. in patrem. 2. ff. de religiof. & sumpt. fun. Burtat. cons. 226. num. 131. lib. 3. Alex. in
Lex factio §. si quis rogatus. col. 2. ff. ad Sct. Trebell. Bon. de Curtil. de nobilit. part. 5.
 39 num. 2. Tiraquel. *de nobilit.* cap. 20. num. 149. seq. Nolden. *d. cap.* 13. num. 63. ad eò,
 ut Nobili injuria fiat, si modico sumptu sepeliatur, *d. l. & si quis. 14. §. judicem. 10.*
ff. de religiof. & sumpt. fun. & quod exequiæ à promiscuo discernant funere No-
 biles, scribit Tacit. *lib. 16. annal. cap. 16.*

40 Inter cætera autem in pompis funeralibus Nobilium majorum imagi-
 nes, die Ahnen/Schild vnd Helm/deferri, & equi, die Leibpferd/ ad locum se-
 pulturæ deduci solent, ut dixi *in tract. de ordin. Equestr. jurib. & privil.* lib. 2. cap. 1.
 Idem est quoad Nobilium studia, Card. Mantic. *decis.* 335. num. 1. Doctoratus,
c. cum sit nimis. 2. vers. ipsoq. X. de magistris nuptias, Adentche Dâme vnd Hoch-
zeiten/ Nolden. de stat. nobil. cap. 13. num. 61. & seq. Vestitus Nobilium major &
 preciosior esse solet & debet, quam plebeiorum, Luc. de Penna *in l. mulieres.*
col. pen. vers. 28. C. de dignitat. Tiraque. de nobil. cap. 20. num. 188. *Atfliet. deci.* 15.

num. 14. Alber. ad l. 2. C. quæ res vend. non poss. Majora Nobilibus, quam plebeis 42
 constituenda & taxanda sunt alimenta, l. 1. §. mulier. l. habitatio. 4. §. servus ff. de
 vent. in possess. l. nepos. ff. de V. S. l. sed & siquid. 15. §. mancipiorum 3. ff. de usufruct. l. cum
 plures. 12. §. imprimis. 3. in princ. l. tutor. in princ. ff. de ad. in. tut. Tiraquel. de nobilit.
 cap. 20. num. 143. Coler. de process. exec. part. 2. cap. 3. num. 120. seq. Munoz. de Escob.
 bar. de ratiocin. administ. cap. 22. num. 52. Petr. Fritz. de nobilit. conclus. 23. lit. K.
 Nolden. d. cap. 13. num. 93. nec tenentur Nobiles comedere allium, cepas, pa- 43
 nem atrum, fabaceum, caseum putridum, & similia, quæ sunt cibaria propria
 rusticorum, Surdus de aliment. tit. 4. quest. 18. num. 1. Tiraquel. d. num. 143. Coler.
 d. cap. 3. num. 122. Indeque propter Nobilitatem viri major dos filiarum constituenda 44
 est à parentibus, Menoch. conf. 1261. num. 34. lib. 13. Cæpoll. de imper. milit.
 delig. cap. 4. num. 38. Chassan. in catal. glor. mund. part. 8. confid. 40. Tiraquel. d. cap.
 20. num. 163. majoribusque beneficiis & præbendis sunt honorandi arg. c. de 45
 multa. in fin. X. de præbend. Cæpoll. d. cap. 4. num. 29. Joh. de Selva de benef. part.
 3. quest. 7. num. 16. seq. & si in Nobilem conferatur beneficium, latius extenden-
 da concessio l. filius. ant. 7. §. 3. ff. de donat. Surd. conf. 453. num. 11. & seq. lib. 3. & le-
 gatium ipsis pinguius intelligitur concessum, l. sed si susceperit. §. sed et si proponat.
 ff. de judic. l. si servus. 50. §. fin. ff. de legat. 1. Natta conf. 626. num. 9. tom. 3. Tiraquel. de
 cap. 20. num. 153.

Secunda ratio est, quod paupertas Nobiles ad artes viles in officinas
 operarias detrudat, panem mercenariæ manu quærere cogat, vel ad mercaturæ
 questum, vel ad alias sordidas artes & negociationes adpellat, Gregor.
 Rolbag. certam. masculo. femin. acie viril. cap. 28. num. 86. Quamvis autem vilium 46
 artium exercitia humili loco genitos non faciant contemptos, aliud tamen est
 quoad illos, qui dignitate aliquâ cornescant, l. ne quis 6. C. de dignitat. est enim
 Nobilitas dignitas, qui verò sordidis & abjectis officiis, vel deformibus mini-
 steriis occupantur, ad dignitatem aliquam aspirare non solum vetantur, sed
 & promoti repelluntur, d. l. ne quis 6. & ibi Joan. de Plat. C. de dignitat. Novell. 91.
 cap. 1. aded, ut etiam Nobilitas ipsa per vitam venalitiariam, seu exercitium 47
 vilis alicujus artificii, sine artium mechanicarum sordidarum, vilium-
 que operarum planè amittatur, l. nobiliores. & ibi Bald. C. de commerc. &
 mercat. Felin. in c. super eo. vers. secunda qualitas. X. de testib. Bon. de Curtil. de nobil.
 cap. 3. num. 35. Azevad. ad constit. Hispan. lib. 6. tit. 1. leg. 3. per tot. Farinac. decis. crim.
 290. num. 2. Fritz. de Nobilit. conclus. 30. lit. a. Nolden. de stat. nobil. cap. 22. num. 5.
 Tiraquel. de nobilit. cap. 27. num. 1. seq. quod etiam apud Egyptios, Scythas, Per-
 sas, Lacedæmonios, Corinthios & alias nationes observatum esse, ut qui arti-
 ficia discunt vel exercent, pro ignobilibus habeantur, testatur post Hero-
 dot.

dot. & Xenophon. Hippolit. à Collib. in nobil. axiom. 44. Tiraquel. d. cap. 27. numero 2.

48 Quod idem etiam obrinet in mercaturâ, quâ nominatim interdictum est Nobilibus, l. nobiliores. 3. C. de commerc. & mercat. l. ne quis. 6. C. de dignitat. l. un. C. de perfectiss. dignit. l. milites. 15. C. de re milit. l. milites. 31. C. locat. l. 1. C. de preposit. agent. in reb. l. cohortales. 12. C. de cohortal. l. humilem. 7. C. de in cest. nupt. tot. tit. C. de negociat. ne milit. ita, ut etiam per mercaturam Nobilitas amittatur, Luc. à Pen. nâ in l. fin. C. de fund. limit. Guid. Pap. decis. 196. & 391. Tiraquel. de nobilit. cap. 33. per tot. Cæpol. de milit. imper. delig. verb. Nobilitatis opin. 18. Mynsing. 6. obs. 54. num. 6. Matthi. Stephan. de nobilit. cap. 7. num. 3. seq. & de jurud. lib. 2. part. 1. cap. 7. memb. 2. num. 93. Bocet. de regalib. cap. 2. num. 52.

50 Ex quo etiam Thebanorum lex erat, neminem ad Reipubl. honores suscipiendos idoneum haberi, nisi qui per decem annos à mercaturâ destitisset, Aristot. 3. polit. cap. 3. eandemque ob causam Romæ quæ stus omnis patribus indecorus fuit vilus, Livius lib. 21. & fæmina, quæ mercimonj præfuit, senatori nubere non poterat, l. humilem. 7. C. de in cest. nupt. l. 1. C. de natural. lib. 51 nec olim ad torneamenta admittebantur illi, qui mercaturam vel cambium exercuerunt, per constit. Hentici Aucup. art. 11. Johan. Limnæ. de jur. publ. tom. 2. lib. 6. cap. 5. num. 70. & seq.

Tertia ratio est, quod penuria quandoque cogat Nobilem, ut uxorem plebeiam & ignobilem sibi matrimonio jungat, Gregor. Rolbag. d. cap. 52. num. 78. Licet autem viri nobilitati nihil deroget, si ignobilem in uxorem ducat, cum uxores maritorum radiis coruscent, l. fin. C. de nupt. Novell. 150. cap. 2. easque maritorum honore erigant, genere nobilitent, iisque forum ex maritorum personâ statuunt Imp. Valent. Theodos. & Arcad. in l. mulieres. 13. C. de dignitat. l. fin. C. de incolis. & liberi patre Nobili matre verò ignobili nati, patris conditionem sequantur, & Nobiles existant, ut probavi d. tract. de ord. Equestr. jurib. & privileg. lib. 1. cap. 9. indeque magnificam & potentem Nobilitatem Venetianam magnum incrementum & robur accepisse, quod ex moribus & legibus connubialibus egentes patritii locupletes plebeiorum filias sibi despondere potuerint, attestatur, Bodin. de republ. lib. 5. cap. 2. Quin tamen illustrior, clarior & solidior sit Nobilitas, si ex parte quoque matris Nobilitas præclara accedat, omni dubio caret. Natta conf. 638. num. 18. seq. Cravet. conf. 982. num. 5. part. 6. Decian. respons. 19. num. 237. vol. 3. Bon. de Curtil. de nobilit. part. 4. num. 29. Tiraquel. de nobilit. cap. 18. num. 26. seq. Nolden. de stat. nobil. cap. 1. num. 17. ubi num. 19. Germaniæ moribus receptum, ut octo generationes Nobilium ex utroque latere sine defectu Nobilitatis probentur, addit. Et alias quoque

ex æqua-

ex aequalibus nuptiis claritatem generis conservari & retineri; proditum est
l. ficut. C. de dignitat.

Ex quo etiam lege XII. tabul. disertè cautum, ne patritiis cum plebeis
 Romæ connubium esset, idque ab Appio Claudio Decemviro postremis
 duabus tabulis additum fuisse, tanquam id Nobilitatem pollueret, refert
 Dion. Halicarnass. *origin. Roman. lib. 10. in fin.* similiterque lege Juliâ de mari-
 tandis ordinibus constitutum fuit, ne Senator, Senatorisve filius, nepos, vel
 pronepos duceret libertinam, nec cujus pater matere artem ludricam exer-
 ceret, *l. si quis. 27. l. lege Julia. 44. ff. de ritu nupt. l. pen. C. de nupt.* quod etiam in Se-
 natoris filia libertino nubente Oratione D. Marci repetitum, talesque nuptias
 insuper planè irritas & nullas factas fuisse constat *ex l. Oratione. 16. ff. de ritu nup-
 tiar. juncta l. 3. §. 1. ff. de donat. inter vir. Reulner. lib. 1. decis. 4. num. 3. seq.* ac Imper.
 Constantinus sub infamia pœnâ, & quod alieni à legibus Romanis fieri de-
 beant Senatores, aliosque dignitate amplissimâ præditos, à nuptiis vilium,
 humilium & abjectarum personarum abstinere jussit, *l. 1. C. de natural. liber.*
 quod etiam postea repetierunt Imp. Valent. & Martian. *in l. humilem. 7. C. de
 incest. nupt.* Indeque nuptias apud Romanos inter impares contractas illegiti-
 mas fuisse habitas, scriptum reliquit Boët. *in comment. topic. Cicer.* Et olim apud
 Francos Nobilem fœminam ignobilem ducentem, pro ignobili fuisse habi-
 tum; & servam ducentem libertatem amisisse docet Lex Salica *lib. 1. tit. 14. §.
 11.* ac nec hodie in Daniæ regno inter Nobiles & ignobiles jus connubii esse,
 refert Cypræ. *de sponsalibus cap. 13. §. 36. in fin.*

Unde quoque in plerisque Ecclesiis cathedralibus vff den hohen Striffen / 57
 observatur, ut non recipiantur Nobiles, nisi ex utroque sanguine & parente,
 Nobilitatem per longam parentum seriem edocere possint, per *c. venerabilis.
 37. X. de præbend. Bon. de Curtil. de nobilit. part. 4. num. 28. Bocer. de regalib. cap. 2.
 num. 17. Betsius de pact. famil. illustr. cap. 6. fol. 164. Nolden. de stat. nobil. cap. 11.
 num. 28. Befold. thes. pract. verb. Ahnen.* Atque hinc propter familiarum conser-
 vationem, multa contra jus regulare recepta esse, testantur Albert. Brun. *in
 tract. de statut. excludent. fœmin. art. 4. Natta in c. quamvis. num. 14. de pact. in 6. Ti-
 raquel. de retract. lignag. in præfat. num. 50. seq. Vultei. 4 Marpurg. cons. 54. num. 8. ut
 sunt 1. jus primogenituræ & majoratus, non & hujus præcipuus finis est, ut 59
 familiarum dignitas, splendor & memoria conservetur, Paris. cons. 72. num. 85.
 lib. 4. Dec. cons. 38. in princ. Socin. consil. 47. num. 7. lib. 3. Molin. de Hispan. primogen.
 lib. 1. cap. 11. num. 3. Tiraquel. de jure primog. quæst. 71. num. 2. & primogenitorum
 successionem introductam esse propter bonum publicum, contra omnes re-
 li- gulas*

60 **gulas juris communis**, scribit Tiraquel. *de jur. primogen. quest. 35. num. 13.* ac ne per rem domi angustiore claritas familiarum obsolesceret, in Hispania majoratum, aliaque adhuc jura similia alibi obtinere, ait Goldast. *de majorat. cap. 22. numero 3.*

2. Confraternitates, quæ idè introductæ, ut territoria & provinciæ in manibus illustrium familiarum, benè de Imperio meritatum, remaneant, *arg. l. lex qua, 22. §. ergò. C. de administr. tut. Reufner. 1. conf. 3. num. 30. Gail. 2. observ. 127. num. 2.* & ut domini certos suorum Principatum & ditionum successores habeant, & sciant bona sua, ditiones & subditos, non ad ignotos, sed notos & amicos fide probatos, non ad externos, sed fratres, non ad crudeles, sed mites & concordēs perventuros esse Dominos; cum lugubre sit pertimescere & nosse antiqua majorum prædia & castra ad manus externas esse perventura, *Gail. & Reufner. d. l. & supr. numero 1.*

61 3. Renunciationse fœminarum Nobilium, quarum finem esse favorem erga masculos, & ut bona in agnatione conservata familiam Illustriorem efficiant, tradunt Hondedæ. *1. conf. 29. num. 71. & seq. Gylman. Symphor. tom. 4. part. 1. vol. 7. num. 48. fol. 42. Kellenbenz de renunc. quest. 19. num. 10. Breulei. de renunc. caus. 1. per tot. & caus. 4. cap. 1. num. 1. seq. & cap. 2. num. 1. Mulcul. de success. conv. num. 176. Reinking. in enar. l. fin. num. 123. C. de pact. Bcfold. conf. 133. num. 22. & conf. 171. num. 38. 42. & seq.* & hæc solâ ratione fundari hujusmodi renunciationses, probat Joseph. de Rustie, *tract. de liber. in condit. possit. lib. 2. cap. 2. num. 7. & 20.* ac verba hæc; ob nominis & familiæ conservationem, dem Adelsichen Mannestammen zum besten / sive, zu Erhaltung des Adelsichen Stammes und Namen / sive ponantur in præfatione, sive in ipsâ dispositione, non tam causam impulsivam, quam finalem denotare, ac limitandi & restringendi vim obtinere, docent *arg. l. fin. ff. de hered. instit. §. item vetustas l. de legit. agnat. success. Bart. in l. cum hi. & ibi Bald. ff. de transact. Everhard. jun. conf. 12. numero 8. volum. 2.*

62 4. Collegia Ecclesiastica Cathedralia, vulgò dicte hohe Stiff / quæ eo maximè sine instituta, luculenterque dotata fuere, ut familiæ Nobiles & Generosæ, numerosâ prole abundantes, receptum habeant, cui tuto & commodè liberos committere valeant, ne paternæ hereditati omnes incumbant, *Stumpff. histor. Helvet lib. 6. fol. 155. Bcfold. 1. Politic. 6. num. 28. & de success. reg. lib. 1. dissert. 6. num. 18.*

63 **Monasterium in Helvetica Eremito**, sive Einsidel / Principum ac Nobilium hospitale nominatum esse, testatur *Stumpff. d. l.* quod etiam scribit *Author du Secret*

Au Secret des Finances lib. 3. fol. 424. ibi: le vray hospital de la Noblesse, c'est le temporel du Clerge; par le moyen du quel, les enfans, que vous consacrez & dediez à l'Eglise, sont entretenuz & elevez, &c. Et hunc modum conservandorum in integritate suâ Principatum & Comitatum Imperii, superioribus sæculis adeo usitatum fuisse, ut aliquandò etiam Principes sortis, vel virginis arbitrio matrimonio ac successione permiserint, refert Nicol. Bethius de pact. fam. illustr. cap. 8. fol. 39. ubi in Halsiæ Landgraviis exemplum recenset ex Münster. Cosmograph. lib. 3. cap. 47.

Unde quoque non sine magnâ & justissimâ ratione anno 1566. Augustæ, & anno 1575. Ratisbonæ in conventu Electorum, & sequenti anno in Comitibus publicis, Comites & Barones in tractu Rhenano, Franconiâ & aliis locis, Augustanæ Confessioni addictos, obnoxie petiisse, ut ipsis pariter ad Canonicalia ejusmodi beneficia aditus pateret, constat ex ipsorum scriptis, quæ collegit Franc. Burckhard. von der Freystellung lib. 1. cap. 3. cui tamen æquissimæ implorationi nec Cæsaream Majestatem, nec alios Romanæ Hierarchiæ nimium faventes Imperii Status, benevolas præbuisse aures, scribit Besold. de dissert. 6. n. 19. ubi etiam addit, Romano-Catholicorum artibus fuisse effectum, ut Equestris Ordo, die freye Ritter schafft / vel imprudentibus, vel malis consultoribus usus, illustrem hunc conatum impediverit.

Non autem immeritò parentes, qui filios suos, ad familiæ dignitatem conservandum, in monasteria detudant, reprehendit Jacob Wimpfeling. in catal. Episcop. Argentinent. sub vita Burckhardi de Luzelstein Antistitis 74. Credibile est, inquit, multos olim filios suos tradidisse vel monasterio, vel Ecclesiastico statui, ne paternæ hæreditatis essent cohæredes, & filii seculares exaltarentur, & familiæ propagarentur. Quod si genitores Deo universali consili essent, & filios suos frugaliter vivere instituisent, hodie forsitan ipsorum progenies subsisterent, nec essent prorsus extinctæ, &c. Cui etiam consonat Hartmut von Cronenberg in der Vermahnung an alle Stånd / de anno 1523. ubi ita scribit: Item / wo sich die Fürsten / Grafen / Herrn vnd die vom Adel beschweren wolten des Abgangs des vermeinten Geistlichen Standes / von wegen des / daß ihr Stand geschmätert würde durch die Nahrung der Kinder / die alle Erbtheil haben wolten / so ihnen die Scrifft vnd Clöster abgangen wären: Da will ich den Fürsten / Grafen / Herren / vnd denen vom Adel raten / daß sie gleich den ehrlichen höchsten Heyden / zu der Zeit der gemeinen Römischen Regierung / in derselbigen Tugend nachfolgen / welche Edlen Römer / zeitliche Güter auch Geld nicht gerechnet haben für ihre Reichthumb / sondern ihre adeliche Tugenden haben sie für ihre höchste Reichthumb gehalten. Ungeachtet viel Adeltlicher

licher trefflicher Haußleute sind vnter ihnen gewesen / die wol Königl. Reichthumb hätten mögen erlangen : Aber sie haben allein getrachtet nach Reichthumb der Tugend in männlichen Thaten / vnd zu gemeinen Nus dienend fürtrefflich. Vnd in dem Frieden haben sie für die höchste Ehre gehalten Ackerbauern / vnd hat sich mehrmahls begeben / so einer auß den vortrefflichsten / die auch von Edlen Königlichem Geschlecht gebohren / vnd in Armuth zeitliches Guts gestorben / daß von wegen ihrer Tugend ihnen grosse Reichthumb zugerechnet sind / &c.

- 67 Atque hinc è re Christiana magis fore, si utriusque Religionis Comites, Barones & Nobiles Ecclesiasticorum beneficiorum participes, & hæc quidem conditione redderentur, ut sacram contra Christiani nominis hostes,
- 68 militiam obire tenerentur, scribit Belsold. *d. dissert. 6. n. 19.* Indeque ut in Germania præter Prælaturas & duos Equitum ordines, quibus omnibus cælibatus annexus, alia instituerentur media, quibus potentiorum secundo generis se alere, & sublimes Imperii dignitates in integritate suâ conservari possent, oporat Nicol. Betsius *de pact. famil. illustr. cap. 10. fol. 717. ubi fol. 722. addit*, quod si amplissimi redditus hi Ecclesiastici in Equestribus ordinibus, qui perpetuò pro religione & patriâ excubarent, constituendis consumerentur, melius fortasse publicis privatisque rationibus in Germaniâ consuleretur: possentque, ne aliis essent oneri, hujusmodi Equitibus sedes assignari, veli in urbibus vi hosti ereptis, vel in munimentis limitaneis Imperii sumptu exaltatis, uti olim Antiochiæ & Ptolemaide, inque Borussia & Livonia factum, &c. Et hæc fortasse ratione verum illud deprehenderetur, quod Mansfeldicus Princeps Carolus, in Hungaria Cæsarei exercitus Dux affirmare solitus, Germanorum nempe gentem eandem adhuc esse, quæ semper ab antiquo fuerit, nobilitate, magnanimitate, fortitudine bellicâ, ac omnibus heroicis virtutibus illustrem, unicam illis deesse palæstram, in quâ se exercant, Betsius, *d. l. fol. 723.*

- 69 5. Eadem hæc ratione feudi quoque alienatio prohibita esse censetur, quod nimirum vasalli feudis suis exuti & diminuti, Domini servitia debita commodè præstare nequeant, & per hoc ipsum honos tam Domini feudi, quam Imperatoris & Imperii diminuatur. 2. *Feudor. 52. & 55. Vultej. de feud. lib. 1. cap. 10. n. 58. Gregor. Rolbag. certam. masculosamm. acie viril. cap. 33. n. 9. & seq.* Qua ratione non tantum ipsum feudum, seu ipsam rem feudalem, sed etiam ipsos fructus alienari non posse, concludit Vultej. *d. n. 58.*

6. Ne quoque bona allodialia alienentur, & fœminæ iisdem non succedant, sed apud masculos in familiâ permaneant, Nobiles plures eadem Potentioribus in feudum obtulisse & feudi jure ab iisdem recognovisse, testatur Nobiliss. & in omni scientiarum genere experientiss. Dn. Reinhardus à Gemmingen / in dem Gemmingischen Stammbaum. lib. 2. cap. 6.

7. Olim decurionibus interdicta fuit propriarum rerum alienatio sine decreto, atque donatio etiam cum decreto, eo quod Reipubl. interesset, ipsos facultatibus esse idoneos ad subeunda munera publica, l. fin. C. de præd. cursat. sine decret. non alien. Novel. 38. princ. §. 1. & 2. Novel. 87. & ibi. Cujac. Dn. Boet. de regalib. cap. 4. num. 36.

8. Hanc ob causam olim quoque divinâ lege obtinuit, ut non tantum prædiorum perpetua distractio esset prohibita, sed etiam ab omni hæreditario parentum & proximorum jure, quamdiu masculi extarent, fœminæ submoverentur, Numeri 27. vers. 4. seq. Levit. 25. vers. 23. & seq. Gregor. Rolbag. in certam. masculo-fœm. acie viril. cap. 33. n. 5.

9. Eadem ratione, quâ bonâ in familiâ permaneant, nec extra illam proximioribus invitis alienentur, jus Retractus consanguinitatis etiam lege Divinâ introductum est. Theod. Reinking. tract. de retract. consang. quest. 1. num. 16. Nam hoc jus retractus consanguinitatis jure divino seu legibus Moisaicis constitutum & receptum fuisse, constat ex Levit. 25. vers. 25. Ruth. cap. 4. vers. 4. & seq. Jeremi. 32. vers. 7. & seq. Indeque hoc jus ex jure divino originem traxisse asserit Boer. in consuet. Burg. tit. de retract. lignag. §. 1. & in jure divino fundari testatur Challan. in consuetud. Burg. tit. de retract. §. 1. num. 1. vers. & videtur. Myling. 3. obs. 51. num. 6. Et Moysen. authôte Deo, hanc legem Hebræis tulisse, ut possessiones singulis familiis referrentur, nec possent extra illas perpetuò alienari, scribit Oldendorp. in tract. de jur. & equit. tit. 8. circa fin. Köppen. decis. 52. num. 2. Ernest. Cothman. 4. respons. 42. num. 5. ubi dicit hoc jus extra omnem controversiam ab ipso rerum cœlestium & terrestrium creatore institutum esse, Rob. Maranta disput. 1. de jur. protomis. numer. 23. in fin.

Ad eò autem jure divino probibita erat bonorum extra familiam alienatio, ut nec de tribu in tribum ulla alienatio, ulla venditio, ulla alia translatio fieri potuerit, Numer. 36. vers. 7. & seq. ubi expressè caveretur, ex hac ratione mulieres peculiaria bona possidentes, ne quidem nubere extra tributum potuisse, ad evitandam commixtionem & translationem possessionum de unâ tribu in aliam, confer Zepper. anteq. Mosais. forens. lib. 1. cap. 8. & lib. 4. cap. 23.

- 76 10. Familiaz conservandæ favore permititur & validum est pactum & successores obligat, quod bona paterna ad masculos perveniant, & filiabus pecunia detur, *l. fin. C. famil. ercisc. l. parentibus C. de inoff. testam. Bald. in l. tale. & ibi Dd. com. ff. de pact. Welembec. vol. 2. consil. 51. num. 24. & per tot. Befold. consil. 133. num. 20. & fratribus ita dividere licet, ut alter prædium, alter verò pecuniam accipiat, per *l. communi. ff. commun. divid. c. omnes. si de feud. defunct. Jalon. in §. quadam. & ibi Faber. num. 11. I. de action. Alex. consil. 18. in fin. vol. 2. Socin. consil. 165. num. 16. vol. 2. Welembec. d. consil. 51. num. 18. Quod**
- 77 etiam in feudo absque domini consensu permissum esse tradunt *Bart. in l. & ided. num. 4. ff. de condict. furt. Bald. in l. si familiae num. 6. C. famil. ercisc. Jalon. in l. stipulationes non dividuntur. in princ. num. 31. ff. de V. O. Curt. de feud. part. 4. num. 124. Schurff. cent. 1. consil. 17. Chassar. in consuet. Burg. rubr. de feudis. §. 8. in princ. num. 7. Welembec. d. l. num. 19. seq. Et hoc & absque pactione ex jure, & consuetudine Saxoniz inter Nobiles observari, ut maibus integrum prædium paternum vel avitum assignetur, pretio filiabus dato, testatur *Welembec. d. consil. 51. num. 53. Et licet quoque testatorem disponere & filiabus suis mandare possit, ut accepta certâ pecuniâ summâ in dotem assignata, hæreditati paternæ, maternæ & fraternæ renuncient, consulta respondit *Facultas Iuridica Marpurgensis tom. 4. consil. 30. n. 99. seq.***
- 78 11. Tantus est favor masculorum propter familiaz conservationem, ut pactum in matrimonii contractu factum, de eorum successione exclusis fœminis, etiam ad naturales extendatur ex vili concubina natos, modo per subsequens matrimonium fuerint legitimati, sicuti inter illustres personas judicatum fuisse à supremo Galliz apud Parisios Senatu refert. *Nicol. Bethius de pact. famil. illustr. cap. 6. fol. 190. & seq.*
- 79 12. Hoc quoque intuitu unica ratio, quæ favet agnationi, quando est generalis, comprehendere dicitur omnes casus, non per extensionem, sed per comprehensionem; qui sicut genus comprehendit omnem speciem, ita ratio generalis comprehendit omnem casum sub ratione licet non expressum, *Alex. consil. 89. circa princ. n. 3. & seq. vers. corroborantur. lib. 6. Befold. consil. 133. num. 24.*
- 80 13. Et pro familiaz conservatione, & ne ea sine prole deficiat, Papa permissum esse, Monacho Nobili ad sobolis procreationem, ad tempus conjugium concedere, tradit *Bald. in l. si tibi filius. ff. de adopt. & ex Johan. Andr. Panormitan. Anchor. refert Joh. Wolff. memorabil. lect. tom. 1. cent. 15. fol. 804. maximè si de Regum, ac Principum, ubi maximum quoddam subesse solet periculum, familiâ conservandâ agatur, Innocent. in c. cum ad monasterium*

Verb. licentiam. & ibi Panormitan. X. de stat. monachor. Joh. Andr. in c. semel Deo-
de R. I. in 6. Jason, in l. si arrogator. vers. item attende. ff. de adopt. Tiraquel. de
nobilitat. cap. 30. num. 186.

Ex his omnibus & similibus facile colligitur, fideicommissa hæc, quæ pro
familiarum conservacione sunt constituta, favorabilia esse. Quamvis enim 81
communis Dd. sit conclusio, quod fideicommissa sua naturâ & regulariter
sunt odiosa, sicuti concludunt per l. coheredi. §. cum filia 2. ff. de vulg. & pupil-
lar. glossa in l. precibus. C. de impub. & al. substir. Menoch. conf. 95. numer. 20.
lib. 1. Cephal. consil. 268. num. 28. lib. 2. & conf. 620. num. 1. lib. 5. Decian. con-
sil. 1. num. 89. vol. 1. Vult. i. Marpurg. conf. 29. num. 132. Cravet. conf. 180. in fin.
Grassl. §. fideicommissam. quest. 2. Menoch. conf. 85. num. 29. conf. 150. num. 10. seq.
& 4. præf. 67. num. 20. seq. Vincent. Fusar. de fideicom. subst. quest. 290. numer. 1.
quia continent onus, l. coheredi. 41. §. cum filia 2. ff. de vulgar. & pupill. & stri-
ctè sunt intelligenda, l. nummis. ff. de legat. 3. l. apud Iulianum. §. scio. l. si ita sit
scriptum. in fin. ff. de legat. 1. l. si ita relictum fuerit. in princ. ff. de legat. 2. & im-
pediunt alienationem, infra cap. 11. num. 1. seq. per tot. prohibitio autem alie- 82
nationis est odiosa, Alex. in l. filiusfam. §. Divi. & ibi Jason. ff. de legat. 1. Pa-
ris. conf. 32. num. 16. & 82. Rol. à Valle conf. 43. num. 45. lib. 4. Decian. consil. 10.
num. 53. & conf. 55. num. 58. lib. 3. Hier. Gabriel. conf. 111. num. 18. lib. 1. Fusar. de
fideicom. subst. quest. 676. num. 1. & ibi alleg. cum adimat liberam rei administra-
tionem, l. dudum. C. de contrab. empr. Dec. consil. 625. num. 7. Socin. consil. 112.
num. 11. & consil. 143. num. 23. Befold. consil. 11. num. 17. & conf. 232. numer. 25.
Fusar. d. quest. 676. numer. 2. & sic onus contineat, per l. coheredi. §. filia. ff. de
vulgar. & pupill. subst. Surd. consil. 236. num. 51. Gail. 2. obs. 137. num. 3. atque
inde fideicommissa tanquam odiosa esse restringenda, & in dubio contra fi-
deicommissum interpretationem faciendam & judicandum, communiter
Dd. concludunt Socin. sen. conf. 113. num. 8. vol. 1. Corne. conf. 186. num. 11. &
conf. 304. num. 14. in fin. vol. 3. Riminald. conf. 223. num. 50. & 60. Dec. conf. 287.
numer. 11. & conf. 291. num. 8. Cravet. conf. 180. in fin. Alciat. in l. centurio. n. 58. ff.
de vulg. & pupill. Natta conf. 200. num. 8. Roman. in l. plures. num. 4. ff. de damn.
infect. Rol. à Valle conf. 46. num. 3. & consil. 59. num. 34. vol. 3. Peregrin. de fi-
deicom. art. 1. n. 39. seq.

Et sic quoque odiosum esse statutum fœminas à successione excludens, 83
tradit Feder. de Sen. conf. 39. Angel. conf. 210. in princ. Alex. conf. 16. circa princ.
lib. 1. & quod tanquam odiosum non extendatur ad bona extra territorium
statuentium sita, tenet Calderan. consil. 17. in fin. cum exhæredationis quan-
dam speciem contineat, & sit contra jus commune, omnis autem recessus à
juce

jure communi odiosus, c. 1. in fin. de fil. presbit. in 6. Abbas in c. cum dilecti. n. 5. X. de donat. Rol. à Valle conf. 448. num. 2. Craver. conf. 170. num. 3. Tiraquel. de retract. part. 1. in presat. num. 62. Molina de Hispan. primogen. lib. 3. cap. 4. n. 15. & 23. & stricti juris, Bald. in l. non sine. 5. C. de bon. qua. lib. Schrader. de feud. part. 10. sect. 17. num. 32. seq.

- 85 Contrarium tamen verius est, quoad fideicommissa quæ pro conservatio. e familiarum Nobilium ac illustrium sunt constituta, nam hæc favorabili esse, & pro iisdem benigniorem interpretationem faciendam esse, omnes ferè Doctores, uno ore docent, Anchoran. conf. 27. num. 6. Signorol. conf. 173. num. 3. Raph. Cuman. conf. 2. num. 4. Curt. jun. conf. 111. num. 12. Patil. conf. 25. num. 38. Socin. jun. conf. 181. num. 39. vol. 2. Cephal. conf. 137. num. 38. in fin. Decian. conf. 1. num. 317. seq. vol. 3. Mantu. de conject. ult. vol. lib. 7. tit. 1. n. 44. Tiraquel. de jur. primogen. quest. 71. num. 2. Menoch. 4. pres. 67. num. 19. & seq. Petra de fideicommiss. quest. 5. num. 67. & seq. & num. 70. [& quest. 9. num. 12. Ernest. Cochman. consil. 80. num. 89. & seq. Vultej. 4. Marpurg. conf. 54. n. 11. Befold. consil. 133. num. 17. seq. Tusch. lit. F. concl. 248. num. 6. seq. Marzar. in epit. fideicommiss. part. 2. quest. 1. num. 8. vers. non omitto tamen. Grassus §. fideicommissum. quest. 2. vers. contrarium. Vinc. Fular. d. quest. 290. n. 3. & ibi alleg. Hondedæ. 1. conf. 63. num. 101. & dispositionem generaliter esse favorabilem, quæ agnationem respicit, tradit Dec. conf. 581. num. 5. Alex. conf. 158. num. 9. vol. 6. Wesebec. conf. 1. 51. num. 41. spectant enim ad familiarum conservationem & favorem publicum, supra num. 4. seq. Ea autem, quæ ad publicum favorem spectant, favorabilia esse, lateque interpretari debere, docent gloss. in l. illud. 19. verb. alia causa. C. de SS. Eccles. Jason. in l. si constante. 24. in princ. & ibi Bart. & Alex. ff. solut. matrim. Dec. conf. 372. num. 8. Felin. in c. nonnulli. num. 16. vers. & favore publica. X. de rescript. Craver. de antiq. temp. part. 4. §. transeo nunc ad quartum. num. 78. Etiam si constitutio ista publicam utilitatem non principaliter, sed tantum secundariò respiciat. Jason. in l. de quibus. 32. col. 5. ff. de legib. & in l. qui se patris. 3. & ibi. Bald. & Alex. C. unde liber. Rol. à Valle conf. 72. num. 64. lin. 1. Schrader. de feud. part. 10. sect. 20. num. 125.
- 87 Atque inde licet alias vulgò receptum, quod in dubio judicandum sit fideicommissum non extare, Bart. in l. cum avus. in fin. ff. de condit. & demonstr. Rol. à Valle conf. 46. num. 3. & conf. 72. num. 35. lib. 3. Menoch. conf. 224. n. 24. seq. Honded. 1. conf. 60. num. 13. & conf. 78. n. 13. Menoch. 4. pres. 67. num. 20. Peregri. de fideic. art. 1. n. 38. & 40. Mascard. de probat. 775. n. 2. Secus tamen esse in fideicommissis hisce familiarum & in his interpretationem esse faciendam ea extare, ut bona in agnatione serventur, docent Alban. conf. 51. num. 17. Cephal.

phal. *conf.* 137. n. 3. in fin. *seq.* Mantica. *de coniect. ult. vol. d. lib. 7. tit. 1. n. 44.* & per tot. Menoch. *conf.* 220. n. 49. Befold. *d. consil.* 33. n. 23. Hond. *i. consil.* 63. n. 01. Petra *de fideic. quest.* 9. n. 22. Decian. *conf.* 1. n. 317. *seq. lib.* Tusch. *lit. F. conclus.* 248. n. 10. Malcard. *de probat. concl.* 775. n. 5. Vinc. Fulcr. *de fideic. subst. quest.* 291. n. 3.

Idem quoque in statutis feminas pro conseruatione agnationis & fami- 88
 liae excludentibus obuincere, eademque favorabilia, & late interpretanda esse, tradunt Cynus in l. 1. C. ad l. Iul. de adulter. Bald. in l. Titia. cum testamento S. Lucius Titius. ff. de legat. 2. Joan. de Ana. *conf.* 89. n. 1. Roman. *conf.* 16. & *conf.* 32. Curt. sep. *conf.* 9. col. 6. Dec. in l. 2. numer. 3. C. de in jus vocand. Curt. jun. *conf.* 9. num. 3. Tusch. *lit. F. concl.* 248. num. 4. Wefembec. *consil.* 51. numer. 27. Tusch. *lit. S. conclus.* 6. 6. n. 42. & *seq. ubi n.* 43. hoc procedere asserit, etiam si ratio hæc in statuto non sit expressa, post Castrenf. *conf.* 276. in fin. lib. 2. Roman. *conf.* 411. num. 2. & 3. Non obstante, quod nonnulli statuunt, quod statuta, atque ita etiam fideicommissa hæc respectu masculorum sint favorabilia, respectu uero feminarum odiosa, prout distinguunt Bald. in l. uenia. num. 4. & 5. & ibi gloss. & Jason. n. 4. C. de in jus voc. Paris. *conf.* 85. numer. 28. lib. 2. Alciat. *conf.* 66. in fin. Molina de Hispan. primogenitur. lib. 1. cap. 18. numer. 6. eandemque magis communem & in practica seruandum asserat Curt. jun. in d. l. uenia. num. 20. & *conf.* 5. num. 7. Molina in *consuet.* Paris. *lit.* 2. §. 8. gloss. 3. num. 30. Cum enim statuentium precipuus & principalis finis sit agnationis & familie conseruatio, & ideo non solum familie, sed etiam publicum favorem principaliter concernunt, licet incidenter & secundario odium feminatum contineant, nihilominus tamen favorabilia sunt dicenda; quia dispositio, quæ principaliter favorem concernit, favorabilis esse censetur et- 89
 iam si incidenter in alterius odium convertatur. l. qui exceptionem. in princ. & ibi Bar. num. 2. Bald. *notat.* 1. & Dd. *commun. ff. de condit. indeb.* Bald. in d. l. uenia. num. 4. C. de in jus voc. Gozadin. *conf.* 5. num. 6. Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 30. gloss. num. 5. *seq.* Molina de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 18. num. 3. & principalis intentio magis attenditur, Joan. de Ana. *conf.* 88. in princ. Tusch. *lit. S.* 90
conclus. 659. num. 9. & à potiori fit denominatio. l. queritur. ff. de stat. homog. Craver. *consil.* 638. num. 17. Ita enim Sctm. Macedonianum odiosum reputatur, quia emanavit in odium creditorum, quamvis in favorem filiorum fam. redundet; Vellejanum autem favorabile, quia in feminarum favorem prodiit, licet in creditorum damnum cedat, ut tradunt Bart. & Bald. in l. qui exceptionem ff. de cond. indeb. Dec. in l. uenia. n. 3. C. de in jus voc. Peregrin. de fidei-
 com. att. l. n. 24.

prohibitio esset odiosa, hoc tamen non procedere, si prohibitio ista facta fuerit pro conservatione familiæ & agnationis, hanc enim principali testatoris considerato proposito favorabilem esse tradit, Alex. *conf. 1. numer. 11. in fin. & 13. Mantic. d. tit. 1. n. 44. Menoch. conf. 97. num. 17. Fular. d. quest. 676. num. 5.* quando enim ratio alienationis prohibitioni adjecta est favorabilis, ipsa quoque prohibitio favorabilis esse judicatur, Grammat. *conf. 6. num. 36. lib. 2. Fular. d. n. 5. & alienationis prohibitionem non esse odiosam, quæ facta à jure lege vel statuto, tenet per l. dudum C. de contrah. empr. Beron. conf. 173. num. 1. & 15. vol. 1. Petra de fideicommiss. quest. 5. num. 69.*

Licet quoque exclusio fœminarum sit contra jus commune novissimum: cum tamen juri divino, & antiquo mediæ scilicet jurisprudentiæ sit consentanea, ut dicitur *infra cap. 8. n. 199.* odiosa non erit; cum lex & dispositio illa, quæ nos ad jus antiquum, & mediam juris prudentiam reducit, etiam si à jure novissimo nos retrahat, non odiosa, sed favorabilis sit dicenda, sicuti docet gloss. *in c. statutum verb. numerandum de præbend. in 6. Alex. in l. si constan. se. num. 15. ff. de solut. matrim. Jason. in auth. quæ actiones. n. 24. C. de SS. Eccles. Curt. jun. in l. venia. numer. 25. C. de in jus voc. Wesembec. *conf. 51. numer. 29. Mantic. d. tit. 1. n. 25.* ubi tamen *n. 27.* id non procedere, si fœmina propter masculos remotiores excludatur, asserit; cum hæc exclusio non tantum sit contra jura civilia novissima, sed etiam contra jus divinum & XII. Tabularum & alia jura antiqua atque idèd exclusionem fœminarum propter masculos remotiores odiosam, exclusionem autem propter masculos ejusdem lineæ & gradus favorabilem censendam esse, concludit Mantic. *d. l. n. 31. & seq.* confer Molin. *de Hispan. primogen. lib. 3. cap. 5. num. 71.* ubi fœminarum exclusionem propter masculos simpliciter factam, propter masculos ejusdem lineæ & gradus, non autem propter remotiores factam censeri statuit, post Bald. *conf. 275. vers. item non est. vol. 2. Paul. Castrens. conf. 47. n. 1. & 2. Alex. in l. si dotati. num. 5. ff. solut. matrim. Alb. Brun. de stat. excl. fœm. art. 2. quest. 40. Tiraquel. de primogen. quest. 10. num. 25.* quæ nisi aliud ex conjecturis & ratione conservandæ agnationis expressâ, appareat, verum esse putat Molin. *d. n. 71. in fin.* Odiosam quoque non esse, sed favorabilem dispositionem illam, quæ juri divino convenit, non videtur habere dubium.*

Cum igitur fideicommissa hæc familiarum sint favorabilia, idèd etiam latè, & ita sunt interpretanda, ut extent & valeant potius, quàm pereant, sicuti in præcedentibus demonstratum est, & docent per l. *ex facto. §. si quis autem. ff. ad S&T. Trebel. §. 1. l. de fideicommiss. hered. Jason. conf. 203. num. 1. vol. 2. Phil. Dec. conf. 652. n. 7. Matzar. de fideic. quest. 1. idq; maximè procedere in fidei-*

commissis familiae & agnationis favore constitutis, & in his pro fideicommissis eorumque validitate respondendum esse, tradunt Menoch. *conf. 97. num. 93. conf. 97. num. 17.* Rumin. *jan. conf. 482. num. 69.* Peregrin. *de fideicom. art. 1. n. 38.* odia enim sunt restringenda, favores verò ampliandi & interpretatione juvandi, c. *odia. de R. L. in 6. l. cum quidam ff. de liber. & posthum. l. hoc modo. in fin. ff. de condit. & demonstr.*

- 100 Atque hinc statuta & pacta, quae feminas excludunt & masculos preferunt ad conservationem familiae, & ut bona in ea permaneant, tanquam favorabilia ex identitate rationis extendi, docent Natta. *consil. 463. numer. 2. lib. 2.* Cravet. *consil. 135. num. 35.* Menoch. *conf. 11. numer. 10.* Curt. *sen. conf. 11. num. 3. & 4.* Ripa. *in l. 2. num. 14. ff. de legat. 1.* Wesembec. *d. conf. 51. num. 40.* Tuschus *lit. S. conclus. 656. num. 28.* Et licet hoc obtinere, quando ratio est
- 101 expressa, dicat Curt. *jun. consil. 6. num. 16.* sufficere tamen, quando ratio ex mente & conjecturis colligitur, respondit Roman. *conf. 32. col. 2. vers. 3. & consil. 411. num. 2. & 3.* Menoch. *d. conf. 11. num. 10.* Paris. *conf. 83. num. 23. lib. 3.* Wesembec. *d. n. 40.* Molina *de Hispan. primogen. lib. 3. cap. 5. num. 5.* Bald. *in l. maximum vitium. num. 7. C. de liber. prater.* Alb. Brun. *de stat. exclud. fam. art. 3. quest. 1. col. 2.* cum potius ratio & mens, quam verba inspicienda, l.
- 102 *scire. §. aliud. ff. de excusat. tut.* quod non tantum in legis, sed etiam hominis dispositione procedere, tradit late Coraf. *in l. cum vitium. in princ. C. de fideic. Socin. conf. 268. in fin. lib. 2.* Menoch. *conf. 97. num. 156.* Wesembec. *d. l. n. 41.* & hoc casu non esse extensionem, sed comprehensionem ex rationis identitate, scribit Alex. *conf. 36. n. 8. & seq. & per tot. lib. 6.* Tusch. *lit. S. conclus. 656. n. 39. & concl. 659. n. 28.*
- 103 Hinc licet alias in fideicommissis extensio non fiat de casu ad casum Cravet. *conf. 161. num. 16. & conf. 191. num. 11.* Menoch. *conf. 171. num. 15. & praef. 3.* Honded. *conf. 48. num. 57. & conf. 55. num. 45. lib. 2.* Fufar. *de fideic. subst. quest. 460. n. 1. & ibi alleg.* & prohibitio alienandi in certo vel uno casu, non extendatur ad alios, Alban. *conf. 7. num. 8.* Cephal. *conf. 17. n. 22. & seq.* Petra *de fideic. quest. 5. num. 51.* Hier. Gabriel. *conf. 111. n. 18. lib. 2.* Fufar. *de fideic. subst. quest. 378. n. 1.*
- 104 *lecus* tamen est in fideicommissis, quae pro familiae & agnationis conservatione sunt constituta, siquidem in his extensio de casu ad casum permittitur, sicuti *arg. l. quamvis. & ibid.* Bald. *respondent, Castrens. conf. 357.* Menoch. *4. praesumpt. 85. n. 14.* Ruin. *conf. 203. lib. 2.* Natta *conf. 675. num. 12.* Magon.
- 105 *decis.* Florent. *37. n. 31.* Fufar. *d. quest. 460. num. 27.* & alias quoque ex verisimili disponentis voluntate & quando eadem ratio militat extensio de casu ad casum fieri solet, l. *Titius. §. Lucius. & ibi Jason. & Dd. comm. ff. de liber.*

liber & posthum. Glois in l. tale pactum §. fin. ff. d. pact. Curt. Sen. conf. 76. col. pen. Paris. conf. 50. n. 52. lib. 3. Molina de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 4. n. 24. Honded. conf. 4. n. 72. lib. 1. Mantie. de conject. ult. vol. lib. 6. tit. 14. n. 21. Grafs. §. fideicommissum. quest. 4. n. 9. Petra de fideicom. quest. 5. num. 42. ad fin. Menoch. 4. præf. 73. n. 4. Vinc. Fular. de fideicom. substit. quest. 460. n. 4. seq. Et in substitutione directâ fieri extensionem de casu ad casum, tradunt Barr. in l. 1. n. 33. & ibi Jalon. n. 26. seq. Alex. n. 33. Ripa n. 80. ff. de Vulgar. Menoch. conf. 243. n. 1. & conf. 432. & 621. Vinc. Fular. de subst. superic. quest. 31. n. 1. & per tot. Et quando ratio apposita in prohibitione, prohibitionem quoque secundum eandem extendi, tradunt Bald. in l. voluntas. in fin. & ibi Cyn. C. de fideicom. Menoch. conf. 484. n. 7. seq. Petra de fideicommiss. quest. 5. n. 43. & 50. seq. Peregrin. de fideicom. art. 11. n. 54. Mascard. de probat. concl. 1243. n. 84. Fular. de fideicom. substit. quest. 678. n. 3. seq. Ac quælibet dispositio regulatur ex ratione, non tam expressâ, quàm etiam præsumptâ & conjecturata & suggestum. & ibi Dec. X. de appellat. Mantie. de conject. ult. vol. lib. 6. tit. 14. n. 8. Mascard. d. concl. 1243. n. 84. Fular. d. l. n. 6. Et quando ratio in dispositione est expressâ, tunc non dicitur fieri extensio ad alium casum sed casus illa vigore rationis in ipsa dispositione comprehensus dicitur, Rol à Valle conf. 27. lib. 1. Petra de fideicom. quest. 5. n. 94. Fular. d. quest. 678. n. 7.

Et quamvis etiam extensio non fiat de personâ ad personam, etiam ex ¹⁰⁶ tacita & verisimili mente disponentis, l. si quis ita §. pen. ff. de testam. tut. Aret. ni l. Gallus §. & quid serviantum. ff. de lib. & posthum. Dec. conf. 211. n. 5. & conf. 291. n. 6. Natta conf. 47. n. 9. Rol à Valle conf. 56. n. 24. vol. 3. Mantie. de conject. ult. vol. lib. 3. tit. 9. n. 8. Mascard. de probat. conclus. 1342. n. 4. seq. Et difficilius fiat extensio de persona ad personam, quam de casu ad casum, l. si ita quis. §. si quis cum ignoraret. ff. de testam. tut. l. Titius. ff. de liber & posthum. l. 1. §. Et adeo ff. de his qui in testam. del. Rol à Valle conf. 94. n. 20. lib. 2. Menoch. conf. 315. n. 6. & seq. Paris. conf. 63. n. 12. Decian. respons. 60. n. 45. lib. 3. Valent. Forst. de success. lib. 3. cap. 23. n. 20. nec extensio de personâ ad personam fiat in statuto, secundum Decian. respons. 13. n. 29. lib. 3. nec in contractibus ex mente conjecturata, Idem Decian. respons. 21. n. 3. lib. 2. nec in privilegiis, Paris. conf. 32. n. 26. lib. 2. nec in ultimis voluntatibus Paris. conf. 50. n. 9. nec in substitutionibus, Paris. conf. 20. n. 48. lib. 3. nec in alienationis prohibitione, Decian. resp. 10. n. 53. lib. 3. neque etiam in statutis fœminas à successione excludentibus, Decian. respons. 60. n. 42. seq. lib. 3. Tiraquel. in l. si unquam verb. libertas n. 28. & in tract. cessante causa limit. 8. & in fideicommissis & substitu- ¹⁰⁷ tionibus non fieri extensionem de persona ad personam, Menoch. conf. 97.

- n. 50. & conf. 106. n. 57. Honded. conf. 6. n. 47. lib. 1. & conf. 48. n. 53. & conf. 51. n. 61. seq. lib. 2. Menoch. 4. pref. 73. n. 5. Peregrin. de fideicom. art. 1. n. 27. & 30. etiam si eadem militet ratio vel præsumpta mens testatoris, teneant Aretin. in l. Gallus. §. & quid si tantum. col. 3. ff. de lib. & posthum. Petra. de fideicommiss. quest. 5. n. 56. & seq. Ruin. conf. 127. n. 9. vol. 2. Molin. de Hispan. Primogen. lib. 1. cap. 4. n. 4. ne quidem sub prætextu & ratione, quod bona in familia conservari debeant, secundum Riminald. jun. 117. n. 71. vol. 2. Petra d. l. n. 61. &
- 108 alios relatos per Fular. de fideicommiss. substit. quest. 458. contrarium tamen, & in fideicommissis quoque ex identitate rationis extensionem fieri non tantum de uno calu ad alium, sed etiam de persona ad aliam, concludit, Marzad. conf. 4. vers. nam quatenus Jason. in l. Titius. §. Turius n. 37. ff. de liber. & posthum. Petra d. quest. 5. n. 66. seq. Mantie. de conject. ult. vol. lib. 3. tit. 19. n. 9. Crals. §. fideicommissum. quest. 8. n. 2. vers. sed contrarium. Fular. d. quest. 458. n. 6. & seq. & ibi alleg. Idque maxime procedere, & extensionem ex identitate rationis de personâ ad personam fieri, quando ratio agnationis & familie conservandæ fuit expressa, docent Curt. jun. conf. 43. col. pen. Marzar. consil. 4. n. 13. vers. præterea quando ratio agnationis vel familia. Petra. d. quest. 5. n. 66. & seq. n. 85. & n. 92. seq. Menoch. conf. 173. n. 39. Surd. conf. 67. n. 26. seq. conf. 96. n. 13. per tot. lib. 1. & conf. 241. n. 22. seq. lib. 2. Fular. d. quest. 458. n. 10. seq.
- 109 uti & quando alienationis prohibitio est realis, tunc enim perpetuo durat prohibitio & de persona ad personam extenditur. l. peto. §. fratre. & ibi Bart. ff. de legat. 2. Grals. §. fideicommissum. quest. 5. n. 12. Malcard. de probat. concl. 1243. n. 36. Peregrin. de fideicom. art. 1. n. 28. Petra. de fideicom. quest. 2. n. 17. &
- 110 33. & quest. 5. n. 66. & n. 84. Fular. d. l. quest. 679. n. 20. Imò etiam ex præsumpta hac disponentis voluntate & ratione extensionem fieri de personâ ad personam apertè doceat. Angel. in l. Gallus. §. & quid si tantum n. 3. ff. de liber. & posthum. Jason. in l. Titius. §. Lucius. n. 7. ff. de liber. & posthum. & conf. 15. n. 4. vol. 4. Alb. Brun. de stat. scem. exclud. art. 8. quest. 19. Paris. conf. 50. n. 54. seq. & conf. 66. n. 66. lib. 3. Molin. de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 4. n. 24. seq. Petra. de quest. 5. n. 89. Paris. conf. 50. n. 22. & seq. vol. 3. Fular. d. quest. 458. n. 5. & ibi alleg. Quando enim ratio est expressa in dispositione, tunc non propriè dicitur extensio, sed est comprehensio, Paris. de conf. 50. n. 56. Alex. conf. 37. n. 10. vol. 6. Rol. à Valle. conf. 27. vol. 1. Dec. conf. 372. n. 7. Castrens. conf. 261. n. 3. part. 2. Petra d. quest. 5. n. 94.
- 111 Et quamvis alias fideicommissi constitutio non ad bona, sed ad certas personas directa, favore istarum personatum facta & personas istas nominatas egredi non videatur, eo quod consideratio agnationis conservandæ respectu certarum personarum facta, non omnes agnatos, sed nominatos dunta-

at comprehendat secundum Joan. de Imol. in l. si verò. §. de viro. ad fin. ff. solut. matrim. Brun. de stat. fam. exclud. art. 12. quæst. 5. in fin. Paril. cons. 44. n. 16. lib. 2. Gozadin. cons. 59. n. 4. Molina de Hispan. primog. lib. 1. cap. 5. n. 37. seq. Secus tamen esse in fideicommissis familiarum conservandarum, patet ex l. cum ita legatur. §. in fideicommissis. ff. de legat. 2. ubi expresse disponitur, quod in fideicommissis familiarum relicto non solum succedere debeant hi, qui ex ipsa familia nominati sunt, sed post eos extinctos omnes qui ex familia processerunt ordine successivo admittendi sint, & ita nominatio & specificatio personarum solum tribuat nominatis successione præcedentiam, non autem aliorum exclusionem operetur, sicuti notat Glos. in d. §. in fideicommissis. verb. nominati sunt. & ibi Bart. n. 1. & 2. Imol. col. 1. Molina d. l. lib. 1. cap. 4. n. 33. & seq.

Unde etiam, licet prohibitio alienationis, quæ refertur ad personas, personalis esse censetur, illud tamè non procedere, quando prohibitioni adjectus est aliquis terminus, ex quo realis, non autem personalis censenda sit, veluti si ratio conservandi rem in familiâ addita, tùm enim, etiam si alienationis prohibitio ad personas referatur, nihilominus tamen perpetuâ esse, & personas istas egredi, tradunt, Bart. in l. filius familias. §. Divi. n. 21. ff. de legat. 1. Paril. cons. 72. n. 88. lib. 3. Molin. d. l. lib. 1. cap. 4. n. 36. Non enim quæri oportet, cum quo testator loquatur, sed in quem voluntatis intentio dirigatur, l. cum pater. §. donatio. ff. de legat. 2. Mantie. de conject. ult. volunt. lib. 3. tit. 19. n. 9. Et ideo ex legitimis conjecturis extensionem fieri ad personam non expressam tradunt Angel. in l. Gallus. §. & quid si tantum n. 5. vers. fallit. etiam. ff. de liber & posthum. Jalon. in Titius. §. Lucius. n. 7. ff. eod. Paril. cons. 50. n. 54. & seq. vol. 3. Mantie. d. n. 9.

Atque inde etiam licet alias fideicommissum injunctum primis hæredibus non censetur repetitum in sequentibus Mantie. de conject. ult. vol. lib. 11. tit. 6. n. 6. Grafs. §. fideicommissum. quæst. 8. & quæst. 33. n. 14. Menoch. 4. præf. 69. Peregrin. de fideicom. art. 15. n. 28. seq. & art. 29. n. 22. & seq. late Fular. de fideicom. substit. quæst. 480. n. 1. & seq. per. tot. & ibi alleg. Hoc tamè non procedere in fideicommissis familiarum, & quando testator voluit perpetuo agnationem conservari, sive hoc ex verbis expressis, sive conjecturis colligatur, Molina de Hispan. primogen. lib. 3. cap. 5. n. 35. & 50. Grafs. §. fideicom. quæst. 8. n. 3. Marzar. de fideicom. quæst. 19. Fular. d. quæst. 480. n. 20. seq. & ibi alleg. & n. 37.

Ex his quoque facile colligitur decisio quæstionis istius controversæ, an si alienationis prohibitio facta fuerit filiis, ea quoque ad nepotes & descendentes extendatur? Quamvis enim vulgata ferè Dd. sit traditio, quod hujusmodi prohibitio ad nepotes non extendatur, per l. pater filium. §. secundum Titianum, ff. de legat. 3. Novel. 159. Cap. nos igitur. 1. & ibi Glos.

- Gloss. in verb. voluisse. l. libertum in princ. ff. de excusat. ut. Bartol. in l. filiusfam. §. divi n. 20. & ibi Jason n. 109. & 146. Ferd. Loaz. n. 489. ff. de legat. 2. Dec. conf. 377. n. 5. Covarruv. 3. var. resol. cap. 5. n. 4. Caltrens. conf. 170. Corne. conf. 122. col. 3. lib. 2. Natta conf. 506. n. 6. vol. 3. Alex. conf. 56. num. 1. vol. 5. Rol. à Valle conf. 83. n. 48. Menoch. conf. 85. n. 117. Mascard. de probat. concl. 1243. n. 77. Mantic. de conject. ult. vol. lib. 8. lit. 2. n. 20. & tit. 8. n. 2. Vinc. Fular. de fideicom. subst. quest. 679. n. 1. & ibi alleg. Peregrin. de fideicom. art. 1. n. 28. Mascard. de probat. concl. 1243. n. 77. eandemque communem dicat. Silvan. conf. 6. n. 26. Tiraquel. de retract. part. 1. gloss. 6. §. 1. num. 19. maximè, si filii nominibus propriis sint appellati l. si. quis ita in princ. ff. de testam. tut. Bart. in l. Gallus. §. instituens. ff. de liber. & posthum. Curt. Jun. conf. 67. n. 2. & conf. 114. n. 5. Cravet. conf. 98. num. 9. Mantic. d. tit. 8. n. 4. Fular. d. quest. 679. n. 4. seq. & ibi alleg. etiam in legatis & fideicommissis Gozadin. conf. 36. n. 3. Zal. conf. 7. n. 5. lib. 1. Mantic. de conject. ult. volunt. d. lib. 8. tit. 8. n. 2. & ibi allegat. Al-
 116 ciat. conf. 2. n. 21. seq. lib. 8. & conf. 31. n. 37. lib. 9. Atque ita, licet alienationis prohibitio filiis in testamento facta, nepotes tamen non contineri, & filii fideicommissi gravatis, nepotes tamen non dici gravatos. concludunt Bartol. in l. liberorum. n. 5. ff. de V. S. Natta conf. 191. n. 10. Rol. à Valle conf. 43. n. 26. seq. lib. 4. Menoch. conf. 215. n. 35. Tusch. lit. F. concl. 376. n. 89. Hondedæ. 1. conf. 60. n. 46. & 62. lib. 1. Marzar. de fideicom. quest. 17. vers. redeundo Molina. de Hispan. primogen. cap. 6. n. 27. Mantic. de conject. ult. vol. lib. 8. tit. 2. n. 20. Menoch. 4. præf. 94. n. 22. Peregrin. de fideicom. art. 1. n. 27. seq. & art. 22. n.
 117 62. Fular. de fideicom. subst. quest. 322. n. 1. seq. & quest. 679. n. 3. Neque etiam filiorum nomine nepotes contineri in contractibus, tradunt. Bald. conf. 387. Tusch. lit. F. conclus. 376. per tot. neque etiam in statutis Bart. post consil. lib. 2. quest. 3. Tusch. d. lit. F. concl. 375. n. 6. & concl. 376. n. 105. Idque hæc potissimum ratione, quod, ut supra. n. 82. dictum alienationis prohibitio odiosa, & ideo restringi potius debeat, quàm ampliari. Et quod generaliter filiorum appellatione non veniant nepotes, tradunt per l. quid si nepotes, ff. de testam. tut. Bald. in l. Gallus. §. instituens. & ibi Aretin. Cyntinol. n. 40. ff. de lib. & posthum. Jason. in l. 1. §. prætor ait. n. 6. ff. de in us voc. Zal. conf. 3. n. 5. lib. 1. Menoch. conf. 215. dubio secundo. Marzar. de fideicom. quest. 13. Tusch. lit. F. concl. 376. n. 50. & 122. & alii relati à Vinc. Fular. de fideicom. subst. quest. 319. n. 3. & seq.
- 118 Ab his tamen vulgò doctores recedunt & filiorum appellatione etiam nepotes & alios descendentes contineri, quando ratio adjecta, quæ convenit etiam personæ ad quam extensio est facienda, veluti si filii prohibiti fuerint

sint alienare rem extra familiam, vel quod bona in familia & agnatione, pro
 ejusdem conservatione permanere debeant, concludunt, Bart. in l. pater filium.
 §. fundum. ff. de legat. 3. Alciat. in l. filius fam. §. Divi. n. 49. ff. de legat. 1. Paris.
 conf. 32. n. 37. vol. 1. Gracius. §. fideicommissum quest. 5. n. 11. & quest. 16. n. 8.
 Alciat. in l. liberorum ff. de V. S. Solim. Jun. conf. 116. n. 1. Mancu. de con. ed. n. t.
 vol. lib. 8. tit. 8. n. 17. Menoch. conf. 37. n. 2. lib. 4. Alex. conf. 37. per tot. lib. 6.
 Petra de fideicommiss. quest. 5. n. 8. Mascard. de probat. concl. 243. n. 92. Tusch.
 lit. F. concl. 376. n. 93. Bart. Romul. in l. filius. §. Divi. n. 156. ff. de leg. 1. 1. Molina
 de Hisp. primogen. lib. 1. cap. 4. n. 29. & cap. 6. n. 18. Covarruv. lib. 3. var. resol. cap. 5. n.
 4. Ant. Padilla in l. voluntas. num. 21. & 26. C. de fideicom. Surd. de alim. lib. 9. quest.
 36. n. 37. Peregrin. conf. 32. n. 45. lib. 3. & de fideicom. art. 22. n. 55. Vincent. Fufar.
 de fideicom. subst. quest. 320. n. 31. seq. & quest. 679. n. 13. & ibi allegat. Quia eadem
 hic militat ratio in nepotibus, quæ in filiis, familiæ scilicet conservatio, Ro-
 mul. d. §. divi. n. 156. Generaliter autem in fideicommissis, quæ filiis reli-
 cta, nepotes quoque succedunt, quoties eadem ratio viget in nepotibus, quæ
 est in filiis, Paris. conf. 75. n. 67. & conf. 78. n. 10. & seq. vol. 2. Socin. Jun. conf.
 1. n. 39. vol. 3. d. antic. d. tit. 8. n. 17. Tusch. lit. F. concl. 376. n. 79. Fufar. de quest.
 320. n. 36. Et quia hic versamur in materia favorabili, ut conservetur agnatio
 & familia, in materia autem favorabili filiorum appellatione etiam contineri
 nepotes & alios descendentes omnes doceat Bart. in l. librorum col. 3. ff. de
 V. S. Bald. conf. 303. vers. in contrarium. & conf. 487. in fin. lib. 2. Roman. conf.
 129. in fin. Tusch. lit. E. concl. 376. n. 22. Alex. conf. 37. n. 8. & seq. lib. 6. Et al-
 ias quoque, si nepotes bona alienare possent, ea perpetuo in familia non per-
 manerent, domino in alium per alienationem translato, ut ait Crot. conf. 13.
 n. 31. in fin. & seq. Et sic conditio ista perpetuo repetita censetur, ubi enim dis-
 positio facta per verba successivum tractum habentia, non sufficit momenta-
 neum supplementum, sed necesse est, ut ipsum supplementum duret, l. si
 quis ita legaverit ff. de condit. & demonstr. l. si à te. ff. si serv. vind. Molin. de lib. 1.
 cap. 6. n. 19. ubi etiam n. 20. addit, quod quamvis dici soleat verbum simplici-
 ter prolatum de primo intelligendum esse, & uno tantum actu consumi, l.
 boves. §. hoc sermone. ff. de V. S. hoc tamen limitandum esse, nisi rei natura per-
 petua sit, tunc enim ut sermones juxta subjectam materiam intelligantur, eam
 dispositionem sic intelligendam esse, ut non in primâ personâ, vel primo ca-
 su finiatur, sed ad ulteriores in infinitum porrigatur, Alciat. in d. §. hoc sermone
 & ibi Tiraquel. limit. 18. n. 1. Molin. d. n. 20. Atque ita etiam in statuto favora-
 bili scæminas excludente propter masculos filiorum appellatione etiam ne-
 potes veniunt, favore agnationis conservandæ, tradit Castrens. conf. 40. per tot

lib. 2. Tufci. de concl. 376. n. 112. Imo licet propriè filii sint primi gradus liberi, ex identitate tamen rationis & æquitatis, vel loquentis voluntate per interpretationem filiorum nomine etiam nepotes & ulteriores descendentes venire constat, ex l. filii appellatione. 84. l. iusta. 201. l. liberorum. 270. ff. de V. S. l. filium. 14. ff. ad Sct. Maced. l. filium. 6. ff. de his qui sui vel alien. l. quod si nepoti ff. de testam. tut. §. fin. 1. qui testam. tut. Bart. in d. l. liberorum. ff. de V. S. Jason. in l. Gallus. §. instituens. ff. d. liber. & posth. Zac. consil. 7. per tot. vol. 1. Dec. cons. 54. n. 4 & 5. vol. 2. Joh. Gæddæ. ad d. l. filii 84. n. 2. ff. de V. S. Tufch. lit. F. concl. 376. n. 18. & 21. Tiraquel. de primog. quæst. 40. n. 17. seq. etiam in ultimis voluntatibus, per l. Lucius. ff. de hered. instit. d. l. Gallus. §. instituens. ff. de lib. & posth. Graf. §. fideicommiss. quæst. 10. n. 1. seq. Adeo, ut in fideicommissis & testamentis filiorum appellatione veniant non solû nepotes, sed etiam pronepotes, ubi de ipsorum commo-
 124 modo agitur, d. l. liberorum & ibi Bart. ff. de V. S. Paris. cons. 75. col. fin. lib. 2. Alex. cons. 9. col. 1. seq. lib. 1. Jason. in l. Gallus. §. instituens. ff. de lib. & posth. Tufch. lit. F. concl. 376. n. 60. eandemque communem dicit Socin. jun. cons. 1. n. 37. lib. 3. Ruin. cons. 140. n. 5. lib. 3. Et ubi filiorum appellatione veniunt nepotes, ibi quoque neporum nomine venire pronepotes & alios descendentes tenent. Alex. cons. 125. n. 11. seq. lib. 6. Tufch. d. concl. 374. n. 13. Bart. in l. liberorum. vers. quæ. 20. an appellatione. ff. de V. S. Ant. Gabriel. de verb. signif. concl. n. 44. Fufar. de fideicom. substit. quæst. 320. n. 2. Et si nepotes ad fideicommissum vocati sunt ipsis non extantibus pronepotes admitti, communiter recepta est sententia Bart. in l. 1. §. si quis ff. d. suis & legit. Paris. cons. 20. n. 23. lib. 1. Chalsan. in consuet. Burg. rubr. 7. §. 10. n. 7. Mantie. de conj. ult. vol. lib. 8. tit. 8. n. 24. Fuf. d. l. quæst. 323. n. 1. & seq. ubi etiam quæst. 324. asserit, quod testator nepotes vocans, ex fratre quoque nepotes vocasse intelligatur post Glos. in l. s. avia. & ibi Caltr. n. 4. Jas. n. 9. Dec. n. 11. C. de suc. edict.
 125 Atque ita etiam in dispositione hominis, quæ de descendentibus agit, filiorum nomine nepotes venire docent, Alex. cons. 1. n. 12. vers. & quod proprie lib. 1. & cons. 26. n. 6. vers. & quod lib. 3. Corne. cons. 207. n. 7. & 13. lib. 2. Tufch. lit. F. de
 126 concl. 374. n. 19. & 114. Bald. in l. Gallus. §. instituens. ff. de liber. & posth. maxime si nepotes ab intestato essent successuri, Aretin. cons. 145. in fin. Curt. Jun. cons. 57. n. 5. Socin. Jun. cons. 146. n. 12. seq. & n. 18. vol. 2. Mantie. de conj. ult. vol. lib. 8. tit. 8. n. 15. Menoch. 4. præf. 94. n. 30. Fufar. d. quæst. 320. n. 48. seq. & si nepotes non venirent, extranei admitterentur & præferrentur, l. Lucius. ff. de hered. instit. Bald. cons. 487. in fin. vol. 2. Corne. cons. 97. n. 26. vers. ego distinguo. vol. 1. Socin. Jun. cons. 126. n. 35. vol. 1. & hunc casum non habere dubitationem, scribit Mantie. de conj. ult. vol. lib. 8. tit. 8. n. 16. cum juris sit præsumptio, testatorem magis nepotes, quàm extraneos dilexisse, per tradita Glos. in l. precibus. in princ. C. de impub. & aliis substit.
 127 Ant. Faber. in Cod. lib. 6. tit. 20. decis. 31.

Nec hæc tantum in dispositione hominis, sed etiam legis obtinent, ita ut
 in hæc quoque filiorum nomine nepotes veniant, Corne. de cons. 207. n. 13. vers.
 facit etiam. lib. 2. Tusch. d. lit. F. concl. 376. n. 110. quam sententiam magis commu-
 nem asserit Alexand. cons. 36. n. 14. lib. 6. Imò quod in genere & regulariter filio-
 rum appellatione etiam nepotes veniant, communis Doctorum est conclusio,
 per l. filii appel. §. 4. l. i. i. n. 201. l. liberor. 220. §. fin. ff. de V. S. l. Lucius ff. de hæred. instit.
 l. filium habeo. ff. ad Sc. Macedon. Jason. in l. de quibus. col. 5. ante n. 40. vers. sed dico. ff.
 de leg. ib. Paril. cons. 63. n. 27. seq. lib. 2. Rol. à valle cons. 93. n. 19. lib. 2. Men. cons. 310. n.
 28. Grals. §. fideicom. quæst. 10. n. 5. in fin. Peregrin. de fideicom. art. 1. n. 22. & plures
 allegat. à Vinc. Fufar. de fideicom. subst. quæst. 319. n. 1. & seq. & late. quæst. 320. n. 1. &
 seq. ubi plures conjecturas refert, quibus filiorum appellatione nepotes veniant.

Quæ omnia tum maxime procedunt, quando aliqua conjectura capi
 potest, testatorem de nepotibus quoque sensisse, quo casu nullum dubium est
 ad fideicommissum filiis relictum, etiam nepotes admitti, per l. liberorum. 220.
 §. sed & Papirius l. ibi nisi voluntas testatoris aliter habeat. ff. de V. S. Curt. Jun.
 cons. 111. n. 5. Jason. cons. 52. vol. 3. Paril. cons. 63. n. 27. seq. Cravet. cons. 155. Socin. jun. 128
 cons. 30. n. 26. in fin. seq. vol. 3. Mantic. d. lib. 8. tit. 8. n. 12. Vel si aliud absurdum in-
 de resularet, quod extraneus præferretur conjuncto, vel minus dilectus ma- 129
 gis dilecto, per l. liberorum. §. sed & Papirius. ff. de V. S. Alexand. cons. 37. n. 4. vers.
 secundo quia lib. 6. Tusch. d. lit. F. concl. 376. n. 73. & seq. Fufar. de fideicom. subst. quæst.
 320. n. 4. Mantic. de conj. ult. vol. lib. 8. tit. 8. n. 16. Menoch. 4. præf. 94. n. 26. Grals.
 §. fideicom. quæst. 10. n. 10. Peregrin. de fideicom. art. 22. n. 48.

Neque his contrariatur, quod alienationis prohibitio odiosa, & restrin-
 genda, cum contrarium supra demonstratum sit, & glosa ac leges in contra-
 rium allatæ, eo tantum casu locum obtineant, ubi de testatoris mente apparet,
 ipsum nepotes excipere voluisse, ipsosque contineri non debere, atque ita ex 130
 ipsius glosæ sententia contrarium obtineat, & filiorum appellatione nepotes
 quoque veniant, si de contraria disponentis mente non appareat, sicuti re-
 sponderet Bart. Rom. in d. l. filiusfam. §. Div. n. 160. de l. 1. Quando enim de contra-
 riâ disponentis mente constat, ipsum de nepotibus non sensisse, filiorum nomine
 nepotes non continentur, Men. cons. 25. n. 47. Alciat. resp. 526. n. 5. Surd. de alim.
 tit. 9. quæst. 39. n. 33. Fufar. de fideic. subst. quæst. 321. n. 1. ubi in seq. plures conjecturas
 refert, quibus filiorum appellatione nepotes non veniant, quo me remitto.

Es his quoque facile colligitur, quid de nomine hæredis sentiendum,
 quamvis enim nonnulli sentiant, quod hæredis nomen tantum de primo, &
 non etiâ de hæredis hærede intelligatur, & ita si hæres alienare fuerit prohi-
 bitus, illud de anterioribus hæredibus & successoribus non esse intelligendū pu-
 tent per l. qui libris. §. hæc verb. ff. de vulg. & pug. Anchor. cons. 30. Mant. de con. ult.

vol. lib. 6. tit. 14. in fin. Joseph. Ludovic. conclus. 14. illat. 44. vers. tertio respōdetur. eo quod prohibitionis materia odiosa & restringenda, c. odia. de R. I. in 6. & hominis dispositio intelligenda de primâ personâ & non de secunda & sic de primo hærede, arg. l. boves. 89. §. hoc sermone 1. ff. de V. S. & infinitas evitanda sit l. un. C. de sentent. quæ pro eo quod inter est.

- 121 Contrarium tamen, & quod prohibitio alienationis hæredibus vel aliis nomine collectivo facta, ad hæredis quoque hæredem, & alios successores extendatur tenent Bart. in d. l. filius fam. 114. §. divi 14. circa fin. & ibi Romule. n. 166. seq. Jason. n. 110. & Alex. n. 26. ff. de legat. 1. Tiraquel. de retract. com. gloss. 6. §. 1. n. 24. Peregrin. de fideicommiss. art. 32. n. 67. Fufar. de fideicommiss. subst. quest. 343. n. 3. & quest. 677. & quest. 679. n. 23. Et quod hæredem gravans, etiam hæredis hæredem gravasse intelligatur, scribit Peregrin. de fideicommiss. d. art. 32. n. 67. Fufar. de l. quest. 344. n. 1. cum regulariter & ex propria significatione verbi hæredis, hæredis quoque hæres & alii successores per multas successiones, & in infinitum contineantur, per textus expressos, in l. hæredis. 65. l. sciendum est. 70. 1. hæredis. 170. ff. de V. S. l. 3. §. fin. ff. de petit. hæred. l. quæ per successionem 194. ff. de R. I. Castrenf. cons. 324. n. 2. lib. 1. Peregrin. de fideicommiss. art. 32. n. 60. seq. Fufar. d. quest. 679. n. 24. vers. quarto. & quest. 343. n. 1. seq. Mantuc. de conject. ult. vol. lib. 8. tit. 14. n. 21. Idque maxime procedere, si alienatio pro conservatione familiæ & agnationis prohibita fuerit, quia tunc etiam hæres hæredis alienare prohibitus censetur. Jason. in. l. filius familias. §. Divi. n. 152. ff. de legat. 1. Peregrin. de fideicom. art. 32. n. 70. Petrar. de fideicom. quest. 5. n. 53. & 84. Fufar. d. quest. 679. n. 27.
- 134 Licet quoque alienationis prohibitio in unâ re facta, non extendatur ad alia bona, Surd. cons. 67. n. 36. lib. 1. Fufar. de fideicom. subst. quest. 681. n. 1. Si tamen in prohibitione adjecta sit ratio, quæ omnia bona comprehendat, veluti si dictum sit: prohibeo domum meam alienari, quia volo omnia mea bona in familia conservari, tunc non solum domus ista fideicommissis subjecta & alienari prohibita erit, sed etiam omnia bona, Crot. cons. 144. dub. 1. Fufar. d. quest. 681. n. 2.
- 135 Quamvis autem fideicommissa pro familiarum conservatione constituta maximè sint favorabilia & interpretatione adjuvanda & in re dubia ad favorem conservandæ agnationis declinandum, favor tamen hic ita temperari debet, ne aliis injustitia & iniquitas inferatur, C. ex tenore. X. de for. compet. C. nuper. X. de donat. inter vir. & uxor. Non enim favore agnationis conservandæ à juris tramite discedendum, & ultra terminos à testatore præscriptos fideicommissaria substitutio extendenda. Novel. 159. C. nos igitur 1. Mantuc. de conject.

jecti. ult. volunt. lib. 7. tit. 1. n. 46. Nec agnationis favore addendæ, multiplicandæ vel somniandæ sunt substitutiones ultra testatoris dispositionem, sicut ex Socin. jun. consil. 155. n. 10. vers. nec quicquam vol. 2. & consil. 57. n. 7. vol. 4. Mantici. lib. 6. tit. 15. n. 6.

Hinc quoque si una aliqua species alienationis prohibita, ea ad aliam diversam non extenditur, ita enim prohibitus alienare inter vivos, non censetur prohibitus alienare per ultimam voluntatem, per l. pater filium. §. fundum. & ibi Bart. ff. de legat. 3. Surd. conf. 77. num. 23. & seq. lib. 1. Menoch. conf. 80. num. 36. Burlat. conf. 127. num. 32. lib. 2. Petra de fideicommiss. quest. 8. num. 8. Fular. de fideicommiss. subst. quest. 682. num. 1. seq. Nisi testator prohibuisset vendere, donare & alienare, tum enim verbum alienare comprehenderet etiam ultimam voluntatem Ruin. conf. 143. num. 13. seq. lib. 3. Cephal. conf. 13. num. 17. & 18. lib. 1. Petra de fideicommiss. quest. 8. n. 11. Fular. d. quest. 682. num. 3. quia verbum generale positum post suas species, ad alias species extenditur non expressas Socin. sen. conf. 251. col. 2. vers. his tamen. Fular. d. l. n. 4. Vel nisi etiam ratio addita sit, que locum habeat tam in alienatione per ultimam voluntatem quam per contractum, veluti quod bona in familiam permanere & conservari debeant, quia hinc quoque per ultimam voluntatem alienatio prohibita intelligitur, Bart. in l. pater filium. §. fundum. ff. de legat. 3. Ruin. conf. 143. n. 14. lib. 3. Paris. conf. 32. n. 36. seq. lib. 1. Corn. conf. 22. n. 8. lib. 2. Fular. d. quest. 682. n. 12.

Et sic quoque licet prohibitus alienare in ultimam voluntate, non sit prohibitus alienare inter vivos Cephal. conf. 370. num. 15. lib. 5. Cravet. conf. 306. numer. 6. Peregrin. de fideicommiss. art. 5. num. 10. in fin. Petra. de fideicommiss. quest. 8. num. 447. Mascard. de probat. conclus. 1243. num. 56. Fular. d. quest. 682. num. 13. hoc tamen non procedit, quando ratio addita, quod bona in familiam & conservari debeant, Fular. d. num. 13. per jam dicta n. preced.

Venditione quoque prohibita, prohibita etiam censetur alia species alienationis inter vivos, gloss. in l. 2. C. de usucap. pro empt. l. art. in l. filiusfamil. §. Divi. & ibi Jason. num. 106. Alciat. num. 42. Ruin. num. 126. ff. de legat. 1. Fular. de fideicommiss. subst. quest. 695. numer. 7. & seq. ubi id limitat. Secus verò quoad alienationem mortis causam, sive

quæ fit per testamentum, Menoch. conf. 216.

n. 31. Magon. Luc. dec. 5. n. 33. Mascard.

de probat. concl. 1243. n. 57. Fular. d. l.

quest. 712. n. 1. seq.